Universidad de Deusto
Biblioteca

SUMMA
Sancti
Antonini

ria grande de escopeta-
la rindio, y mato cal[illegible]ro
el Orden: y Fray Pedro
o y preso, y la galera sa-
cio los Dios con que lle-
llamada la Guzmana: y
Turcos en la popa de la Ca-
disparo dos pieças de arti
vanda siniestra della por
s: y echando gente dentro,
eron en libertad a Fray Pe-
Murieron en esta batalla to-
os del Orden que yuan en la
eys que quedarõ malheridos
ieuo el Estandarte de aquella
ndo su armada perdida, hizo
puso en saluo con otros ba-
õ seguirle. Las otras dos ga
de sant Iuan visto el desastre
omaron tanto corage, que
leras de Turcos con quien
assaron todos a cuchillo: A-
de Cardona, General de las
a, antes que la batalla se co-
len de don Iuan de Austria
erto, con su Capitana y
quando llego a ponerse en
aua, hallo que vn esqua-
Turquescas yuan a entrar
ar en medio la armada de
considerando el daño que
lo, resistio con tanto valor
passar. Y siendo acome-
leras juntas a vn tiẽpo, le
sobre quatrocientos sol-
a los mas Capitanes y Of-
infanteria. No estaua hol-
de Oria en el furor de la
dente y diestro en ne
rendido algunas ga-
s delas suyas fue to
dose de quantas
don Iuan de
leras del es-
de Sicilia
Capita-

Universidad de Deusto
Biblioteca

124.
8° 2ª

PRIMVS

TOMVS SVMME SANCTI ANTONINI ARCHIEPI SCOPI FLORENTI NI ORDINIS PRAEDICA TORVM.

✝

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

BIBLIOTHECA CONVENTVS SANCTI VINCENTII FERRERII

Universidad de Deusto
Biblioteca

¶Vita beati Antonini Florentinorum Archiepiscopi
de fratrum Prædicatorum ordine assumpti.

ANTONINVS FLORENTINA VRBE ORIVNDVS HO-
nestissimis parētibus: Nicolao patre: Thomasina matre natus est. Is multum solertia: plus memoria polluit: mitis admodū ac taciturnus: statura haud magnus: corpore nervoso magis q̄ carnulēto. In ipsa pueritia religionis studiosus: mirum dictu quantum sacris afficiebatur: orationi: contēplationi: vt per ætatem licuit intentus assidue. Ferturq; adhuc puer ad figuram crucifixi: quę in tēplo sancti Michaelis in horto (sic enim locum vocant) sita est: singulis fere accessisse diebus: & genibus flexis Iesum obsecrasse precibus lachrymosis. Cum aūt puberē attigisset ætatem: animum totum ad sanctimoniam appulit. ac religionem prædicatoriam de familia diui Dominici alta mente destinabat: motus concionibus ignitis prę stantissimi viri Ioannis Dominici: quem oraculi loco & numinis vice in terris pius habuit Antoninus. Ad hunc ergo cum suscipiendi habitus causa accessisset: visus est prudentissimo viro puer facilis & indolis quidem præsignis sed ætatis tenellæ: quare iussit illum adhuc annos expectare aliquot. Et quoniam ab eo interrogatus puer cuinam scientiæ operam daret. Respondit se decreti lectione plurimum delectari. Vade (inquit) & cum totum decretum memoriæ mandaueris voti compos eris. Huius moniti tam pertinax seruator puer euasit: vt transacto anno Decretorum canones quoscumq; postulatus fuisset ex memoria citauerit. Quare non iam repulsus sed auidissime susceptus: sextodecimo ætatis suæ anno innocentiæ & sanctitatis habitum induit. In ea religione quibus quantisq; virtutibus effulserit: iusti voluminis indiget narratione. Nobis aūt integerrime vitæ argumentum præstat: minime dubium q̄ toties ad honores euocatus: multis in locis prefuerit fratribus: Romæ: Neapoli: Caietæ: Cortonij: Senis: Florentiæ: Fesulis. Insuper & prouinciæ Tusciæ spiritalis præfectus: omnes Italiæ Conuentus ad pristinum sanctæ religionis reuocauit nitorem. His fungens muneribus: Frugalitate: Modestia: Tolerantia: & omnium virtutum viua exēplaria exhibuit. Si qua palea leuium culparum: vt est huius vitæ fragilitas: eius virtutum frumento se miscuisset: creditum est eam multarum infirmitatum tribulis: quibus per omne æuum affectus esset fuisse discussam. Quis nō videat his gradibus q̄ commode ad pontificij culmen ascenderit: quando ei omne pabulum animarum diuite messe esset aceruatum, & omnis labes quę christiane gregi posset esse nocentior fuerit absterſa? Defuncto ergo domino Bartholomeo de zabarellis: discussis motibus quibus in diuersa summus pontifex per nouem menses rapiebatur: Antoninum communi ciuium voto præsulem Florentinum pronuntiat q̄ non sit inuentus similis illi qui seruaret legem excelsi. Erat tum forte vir sanctus in itinere Neapolitano: cumq; decreti honoris fama ad eum venisset: fugam meditabatur: pontificij culmen haud quaq; subiturus: nisi apostolicis edictis compelleretur parere. Intelligens tandem vir dei immobile dei propositum cum esset Fesulis circūfuso toto Florentiæ senatu: contestatus priorum pontificum vitas præclaras & suam indecentiā: onus honoris subijt. Impletum est deinceps in pontifice nostro quod gestum legimus in Martino. Eadem ēm vitę frugalitas: eadē modestia morum: maior semper animarum zelus: & ita implebat episcopi dignitatem vt propositū fratris non defereret. Hic iam latus nobis pateret campus virtutum eius: nisi dedicato libro essent descriptæ: vnum haud subticebo fuisse in sancto viro tantā in rebus arduis consiliorum grauitatem vt dominus consiliorum vulgo nominaretur. Expende lector sanctitatē viri ora culo apostolico. Memoriæ etenim proditum est Nicolaum papam talem super Antonini vita protulisse sententiam. Nō minus ego (ait) putarem Antoninum Archiepiscopum Florentinum sanctorum catalogo adscribendum adhuc viuum, q̄ Bernardinum mortuum. Erat enim ciuium patronus: pater patriæ qui omnibus prodesset neminem lederet, omnē substantiam pauperibus erogabat, in arduissimis Florentinorum negotijs amplis legationibus strenue perfunctus. Centum aureos annuatim paschalibus solennibus distribuit in pauperes. Administrato hoc ordine tredecim annis pontificatu: cū iam septuagesimum ætatis annum esset ingressus fortissima febre corripitur: fatiscentibusq; membris interrogatus si quid peteret: fiat (air) voluntas domini. Inde ait. Dies annorum nostrorū in ipsis septuaginta anni: quibus actis velut post Babylonicam captiuitatem ad supernam Hierusalem est remeandum. Expleto nunc opere quod diu in manibus habui: libens morior: mercedem dei clementia recepturus, seruire enim deo est regnare. Angelicum etiam responsoriū in diuæ virginis laudem frequentius iterabat. Sancta & immaculata virginitas &c. Cumq; fratres vt moris est circa moribundū Datuidicos hymnos personarent. Citato versu. Oculi mei semper ad dominū &c. Vir sanctus repetito versu, dixit. Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos: piamq; Iesu crucifixi complexus imaginem: obortis lachrymis sanctam deo animam reddidit secunda Maij die: qua vigilia dominicæ Ascensionis tum euenerat cœlos cum Christo ascendens.

INCIPIT PRIMA PARS SVMmę sancti Antonini de Florentia: ordinis Prędicatorū: & archiepiscopi Florentini in qua agitur de anima & de pertinentibus ad ipsam.

¶Incipit proemium totius operis.

VAM MAGNIFIcata sunt opera tua dñe: omnia ī sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua. Psal. ciij. Cōtemplatur prophęta in excessu mentis positus diuinam maiestatem: stupefactꝰ ad magnitudinem bonitatis eius quam manifestat in operibus suis: & ad ipsum loquitur dicens. Quam magnificata sunt &c. q. d. mirabiliter magna demonstrata. Vbi & mysterium sanctissimæ trinitatis satis demonstratur cuius sufragium semper & postulare & expectare debemꝰ: vt opera bona nostra quæ sunt sua ad finem perducat. Sine eo enim summo nulla natura subsistit ait Plato. Nulla rō intelligit: nulla actio expedit: nec eo prętermisso vllum rite fundatur exordium.

¶In primis igitur insinuat mirā potentiā: quę patri attribuitur: ibi. Quam magnificata sūt opera tua dñe.

¶Secundo eximiam sapientiam: quæ filio adijcitur: alias addicitur: ibi. Omnia in sapientia fecisti.

¶Et tertio nimiā ad nos beneuolentiam: quę spiritui sancto adscribitur: ibi. Impleta est terra possessione tua.

In creatione ostendi- tur potentia ipsius patris.

Quantum ad primū dicit Mardocheus loquēs ad deum de sua mira potentia quam ostēdi ī creatione. Domine rex omnipotēs in ditione tua cūcta sunt posita &c. Tu ēm fecisti cœlum & terram & quicquid cœli ambitu cōtinetur dñs omniū es. Hester. xiij. Vbi ostēditur sua potētia maxima patri attributa de nihilo cuncta faciens: non ex pręia centi materia vt artifex. Et hoc apparet ex eoꝝ magnitudine cōtinua: ex eoꝝ multitudine difereta: ex eoꝝ valetudine variata. Nā vt dicit Eccli. i. Altitudinē cœli: latitudinem terrę: profundū abyssi quis dimensus est: q. d. nullus propter mirā magnitudinem eius. sed & arenā maris: gutas pluuię: dies sęculi qs dinumerauit. q. d. nullus. Dinumerus militum eius. Iob. xxv. Valetudinem creaturarum seu earū virtutē quis potest intelligere: Deus enim & natura nihil frustra operantur: qd. s. non habeat aliquā virtutem: quinimmo species rerū sunt sicut numeri: vt quęli bet species creaturę addat vnū gradū virtutis super aliā. Nonne igitur apparet q̄ magnificata: id est magna facta & ostensa sunt opera dei vt magnificetur potētia patris.

In ordine ad filium sapiē tia filij.

Quantū ad secundum dicitur Eccli. i. Fons sapientię verbū filius dei in excelsis. Et oia per ipsum facta sunt. Est enim verbū filius dei quasi ars quędā omnipotētis patris: per quam & in qua cum summa ratione & optima facta sunt omnia. Omnia in sapientia fecisti. Pā. Et quia sapientis est ordinare ſm pḟm. hinc est q̄ omnia cū maximo ordine facta sunt: vt omnia teneāt locum suum sibi cōdecentem. Ex quo apparet pulchritudo vniuersi: & mundū diuina prouidentia regi. Omnia vtiq; in sapientia fecisti. demū ipse mūdus est velut quidam liber scriptus intus & foris: qui docet nos sapiēriam: nō solū de diuinis cognitionē. ſm illud Roma. i. Inuisibilia dei a creatura mūdi per ea quę facta sunt intellecta conspiciūtur. sed eriā docet sapiē tiā. de agendis ſm illud Iob. xxij. Loquere terę & respondebit tibi: interroga iumenta & docebunt te: & narrabūt pisces maris dū omnibus prędictū qd' posuit vt faciāt ad qd' ereara sunt nunq̄ prętereunt: se alijs cōmunicāt: terra fructificat & arbores & nil otiosum. Et multa & innumera documenta nobis tribuūt ex proprietatibus suis ad bene viuendū: & sic oia ī sapientia fecisti. i. ad dandū nobis sapientiā ex eis. Eccli. i. Effudit eā. s. sapientiā sup oia opera sua: & in minimis animalibus vt formicis. Vnde dicit Prouerb. xxx. Quatuor sunt minima terrę: & ipsa sunt sapientiora sapientibus. Formicę populus infimus qui prę parat in messe cibū suū. Lepusculus plebs inualida qui in petra collocat cubile suū. Regē locusta nō habet: & egreditur vniuersa per turmas suas. Stellio manibus nititur: & moratur in domibus regū. Sapientia eorū: quę est natura

Mira terrę sunt quatuor.

Iis instinctus: docet nos sapientiā. Et formica docet solicitudinē acquisitionis sapientiæ. Lepusculus cautelā ab eroribus & euasionibus cū ēm sit animal multū timidū. & venatoribus & canibus insequatur: in petra se rutum putat. Et sapientię vacās: cuius initiū est timor dñi: ne capiatur a venatoribus gētilis vel hereticorū erroribus: in petra fidei collocat quietē suā & mētis inhesionē. Locusta instruit sal tū cōtēplationis cū turma collocationis. Ita ēm pascitur in herbis virētibꝰ scripturarū sapiēs: vt frequēter ad modum locustę in altū se leuet meditationis & orationis: nec solus incedit: sed cū turba sapiētū sentit. Stellio innuit laborē bonę operationis. Nā si aliqñ acuto non emineat ingenio: tamē manibus bonoꝝ operū quasi reputās ad exercitū qd' sapit in domibꝰ regū. i. in cœtu sapiērū colloca tur: & sic oia in sapientia fecisti. Quātū ad tertiū apparet certe eius ad nos nimia beneuolētia: qa oia fecit deus propter hoiem ait Augu. quæ cū tāta potētia & sapiētia facta sunt. Et hoc est quod subdit. Impleta est terra possessione tua. Terra homo est: qa terrā gerit in quā reuertitur: terrā terit de terra existit. Et istā impleuit deus possessione sua. Possidet deus cœlestia: terrestria: diuina. Et his oibus impleuit terrā hois: terrestria dans ad vsum. Pā. viij. Omnia subiecisti sub pedibus eiꝰ &c. Cœlestia. i. angelos ad ministeriū Heb. j. Nōne oēs sunt administratorij spūs missi in ministeriū eoꝝ &c. Quid magis deus posset dilexit mūdū: minorē hoiem videlicet: vt filiū suum vnigenitū daret. vñ apte dici pōt. Impleta est terra possessione tua. Verum inter oia alia aialia sapientissimus. Salomon ad imitādū formicę sapientiā inuitat dicēs. Vade ad formicā o piger: & cōsidera vias eiꝰ & disce sapientiam quę cū nō habeat ducem nec prēceptorem nec principem parat in estate cibū sibi: & cōgregat in messe qd' comedat. Prouerb. vj. Equidē inter estatem & autūnum ętatis constitutus: arbitratus sum necessarium fore ex frumētis doctrinarū quędā recolligere ad mei sustentationem: ne si cōtingeret ad hyemalē senectutē deuenire fame desicerem. Senilis enim ætas memoria & visu debilitata caligatur: & exhaustis corpus mēbris: occupationibus aliqñ multiplicatis non valet: nec ei tēpus vacat ad reuoluēdum multitudinē librorū. Intelligēs autem in ossibus meis pigritiā insitam: ad eam excutiendā cōsideraui formicā inter animalia minimū & despectabile: sed sapientibus sapiētiorē illā esse: & ideo imitandā. Cū enim nō habeat ducem nec prēceptorē in opere suo: prouidet tamē sibi pro hyemis tēpore cū posit discurrere. Ducē fateor me nō habuisse in grāmaticalibꝰ: nisi ī puericia & debilē prēceptorem. Nullum habui in alia facultate excepta parte dialectice & satis interrupte: sed nec principem mihi studium imperantem ex prælatione. Auditate tamen & suauitate tractatus veritatis: præcipue moralis sapiētiæ: ex his q̄ mihi occurrerūt legēda pauca recollegi mihi grata. Neq; ēm formica oia inuenta cibaria colligit nec preciosiora: sed quę nouit sibi congrua. Illas igitur sublimes theorias in libraijs cōprehensa: magistris & scientia perfectis dimisi. Quæ autē iudicaui apta ad materias prędicationū & audictiā confessionum & cōsultationē in foro animarū: accepi a doctoribus pluribus in theologia vel iureperitis: nō intēdens in doctus & omnis scientiæ ignarus poemata condere: sed recollectionē facere amore fratrū, p me & mei similibus qui mecū erāt: quibus nec ingenium ad altiora: nec librorum semper copia datur: & occupationes facultatē subtrahunt ad discurrēdum per libros. Si materias rango aliquando superantes tenuitatē noticię meę: nec hoc discrepat a proprietate formicę: quę pondera gestat se grauiora virtute sibi collata ab auctore naturę. Ex congestis etiam a formica aliqua superfluūt aliqua corrūpūtur. Sic & ego non ambigo multa in hoc collectario posita ad superfluitatē eū aliquādo impropriauerim terminos: & extorserim expositiones. nō vt puto cum falsitate: ad materiā dilatandā occurrentem. Multa etiam vel nondum emendata: vel postea vitio scriptorū alterata vel diminuta sunt. Nō parū laborat formica ad colligendum vnde viuat. Laboraui & ego satis per multos annos & interrupte propter occupationes: & si nō magni valoris: tamē tempus exigētes. Vnde aliquādo per menses & annos opus dimisi: tempus saepe furando aliquando necessariū corporis sustentationi: ali

In creaturis ostenditur beneuolē tia q̄ spi ritus sancti.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quando exercitationi prelaturæ: in qua diu indignus permansi: aliquãdo decctię religionis. s. orationis & meditationis. Adeo autẽ est formica debile animal vt nõ solum magna sed & minima: vt murmycoleon: sint ei ilestia vsq; ad interitionẽ. Poterunt hic notatis aliquãdo nedũ multum literati: sed quãtumcũq; scioli opponere & ipsa necare. Ego autẽ in flagella paratus sum: nec facię meã ab increpantibus auerto. Dicitur etiã formica prepuria bladis cõgregatis auferre ne germinent: indeq; frustretur spe sui laboris. Ne quod igitur elationis germẽ exurgeret infra scrutinũ cordis mei nisus sum fere per omnia nuncupare doctores talia: quæ notanf refelentes: & parũ vel nihil de meo apponere: nisi causa breuitatis truncare. Viderint ergo qui illorum dicta cõdẽnatione digna arbitrantf. si tãtę auctoritatis vel scientię sint vt illis possint obsistere. Nõ igif plus minusve vituperationis vel laudis mihi debet adscribi q̃ collectoribus lectionũ vel scriptoribꝰ librorũ ab aliꝭ editorũ. vnde nec nomẽ meũ apponere volui: nec titulum operi: nisi in cõtemptum tamq; vilissimã formicã despectũ animal fabulãdo alicui nominare placuerit. Formicas quoq; molestas esse aluearibus apum satis apparet: quę cum ad sui victũ dulcedine mellis attractę hoc agunt ifigante natura nõ vt noceant: excusatę sunt. Ita & excerptores sententiarum ex varijs libris graues illis esse fol̃t quibus excellens igenũ & plurimũ otiũ prestat doctrinas copiosas & mellifluas in originalibus perscrutari. Sed cũ ipsi intẽdant sue & aliorꝫ inopię prouidere: non videnf culpãdi: cũ etiam detrimẽta non illis inferant: sed magis gloriam augeãt hebetioribus: proponẽdo interlocutiones cõmunes: quę in suis fluctis forte nũq; viderunt. Aliqualem vero ordinẽ: & si non multũ seriosum: ignarꝰ ordinis posui pro faciliori inuẽtione materiarũ. Nam distinctũ in quatuor partes principales feci de vitijs & virtutibus recitare intendendo: & quãlibet partẽ in titulos: & titulos in capitula & capitula in paragraphos distiguendo. Et in prima parte quædã generalia videlicet de aia & de potentijs eius quę subiecta eorum habenf. De passionibus tãq; principijs eorũ. De peccatis i genere & effectibus eorũ. De multiplicibus legibus quibus vitia prohibẽtur & virtutes præcipiunf. In scda parte de vitijs in specie videlicet de octo capitalibus & eorum filiabus & speciebus. De restitutione. De iuramẽto & periurijs. De votis & transgressionibus eorũ. De infidelitate & speciebus earũ & superstitionibꝰ. Ad singula vitia singulas prędicatiões ponendo: & postea quę pertinẽt ad casus conscientię vel declarationem materiæ. Et pro themate sumitur versus Pẽ. Quia magis in prõptu occurrit: & magis ecclesiæ in vsu: & compendiosior in doctrina ad omne materiam. In tertia parte de statibus varijs tam laicorũ q̃ clericorũ. De ecclesijs & sacramẽtis singulis: & de censuris ecclesiasticis: & statibus purgãdorũ & beatorũ. In quarta parte de virtute in genere & specie. De virtutibus. s. cardinalibus & theologicis in specie: & de earũ partibus seu eis annexis. Et si tẽpus erit: ageẽ de septem donis & gratia: Restaret de articulis si vita communicef: quę non minor cęteris erit. Qui inde aliquid vtilitatis hauserit: pro me oret ad dominum nostrum Iesum christum. Quę autem inducunf testimonia ad ꝓbationem dictorꝫ vltra auctoritates diuinarꝫ scripturarꝫ & sacrorꝫ canonũ: quæ frequenter apponunf & sentẽtias ꝓprias antiquorũ doctorꝫ ecclesię Augu. Hiero. Grego. Ambro. Chryſ. Basil'. Isid'. Bernar. Anſel'. &c. Aliquando gestilium. Platonis. Aristo. Tullij & Senecę. Adnciunf determinationes & dicta multorꝫ modernorũ in theologia vel iure pertissimorũ: quorum hęc sũt nomina. In theologia sanctus Tho. quẽ omnibus præpono in suis dictis. Alb. magnus: Petrus de pal'. Pet'. de Tharantasia qui fuit Innocen. Quitus. Durã. Hugo cardinal'. Guil'. Specula. in summa vitiorũ & virtutum. do. Io. Dominici cardinalis de Florentia. Rayne. in summa Pisana. Vincẽ. in Specul'. histo. ordinis Prędicatorum omnes isti prenominati. Bonauentura cardinalis. Richar. de media villa. Alexander de Hales. Ioannes Scotus. Nicolaus de Lyra. ordinis minorum. Augustinus de Roma in quodlibetis. Augustinus de Anchona de potestate ecclesię. Grego. de Arimino. ordinis eremitarum. In iure in glo. decreti. Hugo. Bartholomeus Brixiẽn. Bernar. in glos'. decretalium. Ray. ordinis Prędicatorũ in summa sua antiqua. Innocẽ. quart'. Hosti. in apparatu & summa. Guil'. in speculo. Archid'. in rosario. Ioan. And. in nouella. et glos'. sexti et Clementi. Ioãnes de Lignano. Ioãnes Calderini. Io. de Imo. omnium nouissimus doctor. Petrus de Anch. Laurentius de Ridolfis in tractatu de vsuris. Franciscus de Zabarellis. Nicolaus abbas de Sicilia. Antonius de Butrio. Petrꝰ ordinis minorum in directorio iuris. Lapus de Castelli. Federicus de Senis in consilijs. Bartol. Bald. De historijs exempla ponuntur Grego. in dialogo. Vincẽt. in Specu. Martinus in chronicis. Valerius maximus. Paulus Orosius. De vita patrum. De vita fratrum. De septem donis. Allegantur et multi alij sapientes: sed quia non ita frequẽter ipsos non curaui nominare.

¶Finis Prologi.

TABVLA TITVLORVM

INCIPIT TABVLA GENERALIS huius primę partis summę Antonini q̃ habet titulos viginti: quorũ qlibet habet multa capitula: quę capitula habent plures. §.

TITVLVS. I. DE ANIMA IN communi.
De aiæ similitudine ad deũ. ca. ſ. fo. iiij.
De mira nobilitate animę. ca. ij. fo. v.
De beneficijs animę collatis quo ad scietias: artes & virtutes. ca. iij. fo. viij.
De quidditate aiæ & proprietatibus eius. ca. iiij. fo. ix.
De immortalitate animæ. ca. v. fo. x.
De vnione animæ ad corꝑ: & de multiplici acceptione huius vocabuli. ca. vj. fo. xj.
De quidditate hoīs & eius excellentia. ca. vij. fo. xij.

TITVLVS. II. DE POTENTIIS animæ.
De potentijs animæ in cõmuni. ca. ſ. fo. xiij.
De potentia vegetatiua & sensitiua. ca. ij. fo. xiiij.
De singulis quinq; sensibus exterioribus & quomodo eis homo abutitur. ca. iij. fo. xv.
De locutione & multiplici vitio eius. ca. iiij. fo. xvj.
De sensibus interioribus. ca. v. fo. xvij.
De phantasia seu imaginatiua. ca. vj. fo. xviij.
De sõnijs q̃ advarias causas & modos eorũ. ca. vij. f. xviij.
De æstimatiua & cogitationibus. ca. viij. fo. xx.
De memoria & vtili eius exercitio. ca. ix. fo. xxj.

TITVLVS. III. DE POTENTIA intellectiua.
De intellectu possibili & agente. ca. ſ. fo. xxj.
De multiplici oculo varie exercendo. ca. ij. fo. xxij.
De tribus requisitis ad bene videndũ corporaliter & spiritualiter. ca. iij. fo. xxiij.
De his q̃ impediũt visum aiæ vel auferunt. ca. iiij. fo. xxiiij.
De illũinatiõe seu recuperatiõe visꝰ spũalis. ca. v. fo. xxiiij.
De oculo dextero interiori: & de exercitio intellectus speculatiui: & ibi de multis speculis advidendum: & de enigmatibus figurarũ scripturæ. ca. vj. fo. xxv.
De oculo sinistro. i. exercitio itellectus practici septẽ modis exercendi. ca. vij. fo. xxvj.
De ratione superiori & inferiori & ex quibus causis cõtingit rationem ligari. ca. viij. fo. xxxiij.
De synteresi. ca. ix. fo'. xxxiij.
De conscientia. ca. x. fo. xxxiiij.
De actu intellectus quo videlicet aia cognoscit corporalia: spiritualia: angelos vel deũ. ca. xj. fo. xxxviij.

TITVLVS. IIII. DE VOLVNTATE
De cõparatione volũtatis ad itellectum. ca. ſ. fo. xlj.
De libero arbitrio. ca. ij. fo. xlj.
De volũtario & inuolũtario. ca. iij. fo. xlv.
De actibꝰ voluntatis ab ipa immediate elicitis. Et de ipo velle quod est primus eius actus. ca. iiij. fo. xl vj.
De scdo actu voluntatis qui dicitur frui. ca. v. fo. xlviij.
De intẽtione quę est tertius actꝰ volũtatis. ca. vj. fo. xlviij.
De electione quarto actu voluntatis. ca. vij. fo. xlix.
De consilio quod præcedit electionẽ. ca. viij. fo l.
De consensu actu voluntatis. ca. ix. fo. lj.
De iperio volũtatis. ca. x. fo. lij.
De vsu octauo actu volũtatis. ca. xj. fo. liij.
De bonitate & malitia humanorũ actuum. ca. xij. fo. liiij.
De exercitio volũtatis & quõ cor sit exercẽdũ. c. xiij. fo. lvj
De volũtate & opere exteriori quõ se habẽt adinuicem i merito vel demerito: ca. xiiij. fo. lvij.
Quõ a volũtate bona nõ ꝓfit ꝓcedere mala. ca. xv. fo. lx.
De sensualitate. i. appetitu sensitiuo. ca. xvj. fo. lxj.

TITVLVS. V. DE SEPARATIOne animæ a corpore & retributione: & exercitio animæ separatę.
De triplici morte & nũtijs & miserijs mortis & multis alijs circa mortem. ca. ſ. fo. lxij.
De tribꝰ nouissimis mortis: quãtũ ad animæ separationẽ ꝓsentationem & sententiationẽ. Et ibi de ratione recidenda. de vacatiõe multimoda: & de iugi operatione in domini vinea. ca. ij. lxvj.
De sententia pœnæ infernalis contra reprobos & de septẽ pœnis inferni. caꝑ. iij. fo. lxxj.
De sententia saluãdorũ: & de sex miserijs mundi: & de bonis gloriæ. ca. iiij. fo. lxxij.
De his qui sententiant̃ ad purgatoriũ: & de pœnis atq; suffragijs purgandorum. ca. v. fo. lxxiij.
De cognitione animæ separatæ. ca. vj. fo. lxxv.

TITVLVS. VI. DE CAVSIS PECcatorum & animæ passionis.
De triplici causa peccati: scilicet ignorantia: fragilitate & malitia. ca. ſ. fo. lxxv.
De prima passione amoris: & multiplici amore atq; effectibus eius. ca. ij. fo. lxxvj.
De secunda passione quæ dicitur odium. ca. iij. fo. lxxxj.
De tertia & quarta passionibus quæ dicunt̃ desiderium & abominatio. ca. iiij. fo. lxxxij.
De quita passiõe q̃ dr delectariovl' gaudiũ. ca. v. fo. lxxxij.
De sexta passiõe quæ dr dolor vl' tristitia. ca. vj. fo. lxxxiij
De septima passione quæ dr spes. ca. vij. fo. lxxxiij.
De octaua passione q̃ dicitur desperatio. ca viij. fo. lxxxv.
De nona passiõe q̃ dicitur audacia. ca. ix. fo. lxxxv.
De decima passiõe q̃ dicitur timor. ca. x. fo. lxxxvj.
De finali passione quæ dicitur ira. ca. xj. fo. lxxxvij.
De causa exteriori peccati. ca. xij. fo. lxxxviij.
De tentatione multiplici: videlicet mundi carnis & diaboli. ca. xiij. fo. lxxxviij.

TITVLVS. VII. DE PECCATO IN communi.
De multiplici diffinitiõe peccati. ca. ſ. fo. xcſ.
De varia diuisione peccatorum. ca. ij. fo. xcij.
De. xxiij. nocumentis peccati mortalis. caꝑ. iij. fo. xciiij.

TITVLVS. VIII. DE PECCATO originali.
De causa peccati originalis & eius pœna. ca. ſ. fo. xcvj.
Vtrũ btãvirgo fuit cõcepta i pcto originali. ca. ij. fo. xcvo
De conceptione beate Mariævirginis per modum sermonis. ca. iij. fo. xcvij.

TITVLVS. IX. DE PECCATO ACtuali mortali.
Penes quid attendif gratuitas varia in peccato mortali: & de. xvj. regulis per quas potest cognosci quando aliqd est mortale. caꝑ. ſ. fo. xcviij.
De nocumẽto pcti mortalis in pñti vita. ca. ij. fo. c.
Quomodo puniunt̃ dãnati in alia vita & de pœnis dãnatorum & cognitione eorum. ca. iij. fo. c.

TITVLVS. X. DE PECCATO VEniali.
Quid dicat veniale pcũ. Et de nocumẽtis eius. ca. ſ. fo. ci.
De purgatorio & suffragijs mortuorũ. ca. ij. fo. ciij.
De indulgentijs. ca. iij. fo. ciij.

TITVLVS. XI. DE LEGE IN cõmuni.
De septemplici lege ordinata ad charitatem. ca. ſ. fol'. cvſ:
De actibꝰ & ꝓprietatibus & vtilitatibus legis. ca. ij. fo. cvij

TITVLVS. XII. DE LEGE ETER.
Quod oĩa subijciuntur legi æternæ. & quõ debemus conformari volũtati diuinæ. ca. vnicum. fo. cix.

TITVLVS. XIII. DE LEGE NATVrali.
Quid sit lex naturalis: & quomodo instigat ad bonum multiplex. ca. ſ. fo. cxj.
De multiplici bono qd docet lex naturalis. ca. ij. fo. cxij.

TITVLVS. XIIII. DE LEGE MOsaica.
De lege diuina i cõi & eiꝰ excellẽtia respectu aliarꝫ. caꝑ. ſ. fo. cxv

Universidad de Deusto
Biblioteca

TABVLA TITVLORVM PRIMAE PARTIS.

De conditionib⁹ legis illius quantum ad latorem & recceptorem.ca.ij.fo.cxvj.
De præceptis moralibus ipsius legis in communi & superadditis.ca.iij.fo.cxvij.
Da decalogo & singulis præceptis eius in particulari.ca.iij.fo.cxvij.
De præceptis cerimonialibus sub quadruplici differentia ca.v.fo.cxxiij.
De præceptis iudicialibus.ca.vj.fo.cxxviij.

TITVLVS.XV. DE LEGE EVANgelica.

De cõuenientia temporis.De comparatione & excellẽtia eius ad veterem.De gratia:sacramentis:præceptis&consilijs & de duratione eius.ca.vnicum.fo.cxxx.

TITVLVS. XVI.DE LEGE QVAE dicitur consuetudo.

De quidditate cõsuetudinis.Et quõ faciat aut tollat legẽ & de differẽtia triplicis cõsuetudinis.ca.vnicũ.f.cxxxij.

TITVLVS. XVII. DE LEGE CAnonica.

De præceptis ecclesiæ.de rescriptis.de decretis, de decretalib⁹ epistis.& de auctoritate doctorũ.ca.vnicũ.fo.cxxxvj.

TITVLVS. XVIII. DE LEGE CIuili.

Quo tempore ius ciuile conditum sit.Et quando & quantum liget.de legũ diuersitate & eius affectu.ca.vnicum folio.cxlj.

TITVLVS . XIX. DE PRIVILEgijs in cõmuni.

Priuilegia p quem concedi possunt:per quem impetrari: & quomodo &quãdo tolluntur.ca.j.fo.cxlij.
De priuilegijs ordinis prędicatorũ. ca.ij.fo.cxlij.

TITVLVS . XX . DE REGVLIS iuris.Et habet vnicũ capitulum cum singulis regulis iuris quę sunt in decretalibus & in libro sexto.

Finitur tabula.

INCIPIT PRIMA PARS SVMmę maioris domini Antonini archiepiscopi Florẽtini. In qua parte ponuntur viginti tituli.

TITVLVS PRIMVS. DE ANIma in communi.

¶De ipsius animæ similitudine ad deum. CA.I.

VENITE AVDITE ET narrabo oẽs q timetis deũ : quanta fecit aiæ meæ. Psa. lxv. Inuitat Pa.non oẽs:sed timẽtes deum ad cõsiderãdũ magnificam nobilitatẽ aiæ rõnalis:& q̃ innumera bona & magna cõtulit ei altissimus. Qui em̃ nõ timent deũ non curãt talia cognoscere:sed solũ corporalia & mũdana. Cõsiderãsaũt istã nobilitatem aiæ deuotus Bern̄.in lib.medi.O aia(inquit)insignita dei imagine:decorata similitudine:redempta christi sanguine: despõsata fide:dotata spũ:deputata cũ ãgelis:capax beatitudinis:hęres bonitatis:particeps rationis:quid tibi cum carne.q.d. quõ solũ vacas corpori,puidẽs sibi nõ tibi:subijciẽs re tibi cũ sis ita nobilis& magnifica:& ipa ita vilis & fetida.Eius pulchritudinẽ & exaltationẽ cõgrue figurauit Hester:quę pulcherrima naturaliter ornata per rẽpora multipliciter: peruenit tãdẽ ad matrimoniũ consummationẽ fœliciter cũ

Tropologia Hester. Asuero cũ ipso summo monarcha cõregnãs:Vasthi etiam pulcherrima regno priuata:qa mandatis eius obedire contẽpsit.vt patet in lib.Hester.ij.c. Interpretat Hester humilitatẽ ei⁹ electio intimat.Hæc pulcherrima est in sui essentia:sed pulchrior adhuc reddit & amabilior ex ornatu ꝓtutũ.Peruenit autẽ ad cõsummatũ matrimoniũ cũ Asuero q interprætat beatitudo:signãs dñm Iesum christũ: cũ perfecte ei vnitur,i gloria supna:regnãs cũ eo in eternũ: vbi ꝓsequit omnimodã sui pfectionẽ.Vasthi aũt signat quãlibet aiam & si pulchrã in sui natura:sed tñ qa dei mãdatis obedire ꝓtẽnit reprobat:& regno iocundissima priuat. Ad hoc aũt opprobriũ venit:qa vt ingrata & supba:dignitatẽ suã & a quo habuit nõ intelligit:sequẽs instigationem carnis. Qd innuit Salomon Can.j.di.Si te ignoras o pulcherrima inter mulieres:egredere & abi post vestigia gregũ.i. si proqa te nõ cognoscis:& dignitatem & cõditionẽ tuã nõ attẽdis pulcherrima mulierum.i.creaturarũ:hoc tibi sequitur. Egredere.i.egredieris de domo paterna:vt prodigus filius in regionem longinquã de domo ꝓprie conscientię:abi.i. abibis post opera carnalia q̃ sunt signa gregũ.i.brutorum

pẽ .48. aialiũ.Hõ em̃ cũ in honore esset nõ intellexit:cõparatus est iumẽtis insipiẽtibus &c.Hoc aũt nõ agit qui nobilitatẽ & aię cõditionẽ attẽdit.Vñ Hugo de arrha aię ipsi loquẽs ait. O si teipsam videres:si pulchritudinẽ tuã attenderes: nunq̃ aliam creaturam q̃ teipsam magis amares.Venite ergo & audite quanta fecit deus aiæ rõnali.Nã & si quantum ad corpus etiã fecit multa & magna.Fecit aiæ magna quantũ ad naturalia quę formauit:fecit aię maiora quãtũ ad virtualia quibus decorauit:fecit aię maxima quantũ ad supernalia q̃ ei præparauit.Vñ si de ea quęrat illud qd̃ christus dixit Mat.xxij.Cuius est imago hæc . Nam & dicit Pã. In imagine pertransit homo.Respondeti potest.

¶Est imago aia increatę deitatis:quãtũ ad naturalia.
¶Est imago aia incarnatę veritatis:quantũ ad virtualia.
¶Est imago anima glorificata intellectualitatis: quãtum ad supernalia.

Aia est imago increatę deitatis §.I. QVANTVM AD PRIMVM

Anima dr̃ imago dei.Et ꝓpterea Gen̄.j.Faciamus hoiem dixit de⁹:ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã.Et ꝓ hęresi ponit.xxiij.q.iij.c.penul.dicere aiam nostrã nõ esse imaginẽ dei.Et Augu.in lib.de trini.dicit. Licet aia nr̃a non sit eius naturę cuius est deus:tbi tñ imago eius quęrẽda est quo nihil est melius.Hęc ergo aia non est similitudo oĩmodę idẽtitatis cuiusmodi est filius.Vnde Amb.tractãs illud.Deus quis erit similis tibi:dicit.Non vtiq; nullus : quia imago patris est filius.de pœn.dist.j.si sacerdos.Sed est imago representationis habens plures similitudines proportionis ad ipm deum. Nã vt dr̃ extra de sum.trī.& fide catho.c. dã namus.Inter creatorẽ & creaturã nõ põt tãta similitudo notari:quin inter eos maior dissimilitudo sit notanda.Nouẽ Nouẽ ergo similitudines ꝑm ꝓportionem inter deũ & animam sũt simi quantũ ad sua naturalia possunt notari. Et prima est: quia litudies deus vnus est in essentia.Deuẽ.vj.Deus tu⁹ vnus est:& aia iter deũ nostra vna est in essentia.Licet em̃ corpus nostrũ a princi- & aiam pio conceptionis habeat primo aiam vegetatiuã & postea quantũ aiam sensitiuã.Et in plantis alia sit aia vegetatiua qua crescunt & fructũ ficant:alia in brutis aialibus qua sentiunt & ad sua vegetantur:in hoie tñ cum infundit aia ipsa aia rationalis lia. essentialiter vna est:habẽs pfectionẽ ois aiæ.i.non solũ intelligendi potẽtiã:sed etiã sentiẽdi & vegerãdi.Sc̃a simili tudo:deus trinus est in persona.iuxta illud.j.Ioan. v. Tres sunt qui testimoniũ dãt in cœlo:pater, verbũ, & spũssanctus.Et aia est trina in potẽtia.s.memoria , intelligentia & volũtate.In hoc tamen dissimilitudo:qa tres pſonę diuinę sunt deus:sed potẽtię aię nõ sunt essentia aię: sed vires eius ab ea fluentes.Tertia deus est simplex oĩno:ita ꝙ nulla cõpositio in eo reperitur:& neq; ex materia & forma: neq; ex subiecto & accidente:nec ex esse & essentia. Et aia nr̃a simplex est quantũ ad hoc:qa nõ est cõposita ex materia & forma:,put est hõ ex corpore & aia:& alia corporalia. Quarta deus est immortalis.j.Timo.j. Regi sęculorũ imortali &c. Et aia est immortalis:iuxta illud Sap.iij. Iustorum animæ in manu dei sunt &c.Visi sunt oculis insipientium mori: illi aũt sunt in pace.Considerata em̃ aia ꝑm substantiã suã: vt dicit Vincẽ.in Specu.histo.incorruptibilis est: quia nõ est ex cõtrarijs eius substãtia:nec aliquid sue naturę contriũ habet a quo possit corrũpi . Similiter ꝓsiderata quantũ ad formã quæ est potẽtia intelligẽdi:quia intellect⁹ est capax oĩm formarũ intelligibiliũ quæ p se sunt incorruptibiles.Similiter cõsiderata ad finẽ suum:qua data est ei virtus speculatiua & motiua p quã se põt ordinare ad summũ bonũ:ꝑm hoc manet volũtate primi incorruptibilis & magnitudine pœne vel premij. Ex creatione habet vt actione alterius nõ possit corrũpi:nisi ex actione dei. Ex relatione ꝙ ad finẽ habet ꝙ velit de⁹ eã nõ corrũpi. Hęc ille.De imortalitate tñ aię plenius.j.eo.ti.c.v.,pbabit.Quinta similitudo deus inuisibilis est.Ioã.j.deum nemo vidit vnq̃. Est enim spũs.Io.iiij.deus spũs est.& sensus corporalis non est apprehensiuus rei spũalis sed corporalis.Qd autem dixit Iacob Gen̄.xxxij.Vidi deum facie ad faciem.intelligendũ est ꝑm magistrũ in.ij.sen.quia vidit aliquẽ angelũ in specie corporali apparentẽ:deũ repsententẽ:ita & aia inuisibilis ẽ:qa spiritus est.Vñ christus in cruce ait Luce.xxiij. In manus tuas dñe cõmẽdo spm̃ meũ.i.aiam:Vnde oculis corporeis videri nõ põt.Qd aũt dicit Grego.in.ij.dialo.beatũ Benedictũ vidisse animã sororis suę:scilicet Scholastice in modũ columbę in cœlũ ascendere:nõ est intelligendũ animã esse talis formę:vel cuiuscunq; corporalis:sed ad ostendendũ puritatem illius apparuit illis tale aial ex aere formatum.Sexta deus est vbiq;.Hiere.xxiij.Cœlum & terrã:ait:ego impleo. Totus est in toto vniuerso nõ conclusus:& totus in qualibet parte eius : qa indiuisibilis est:& vbiq; influit & operatur virtus eius:& si non vbiq; manifestet gloriã eius vt in cœlis.Et aia nostra est tota in toto corpore:& tota in omni parte eius.Nõ em̃ viuit corpus nisi aia præsente:ingt Augu.de pœn.dist.j.porro illi.§.resuscitatus:Ita etiã nõ viuit nec sentit aliqua pars corporis nisi ꝑ aiam : & qa aia nõ est quãta dimẽsiue:ideo vbi est:tbi tota est. Vnde cũ ledit aliqua pars minima ẽt sentit quis dolorẽ:quia ibi est aia quę viuificat illã partẽ.Septima deus est vnum principiũ vniuersi seu mũdi a quo omnia processerũt. Apoc.j .Ego sum alpha & o:principiũ & finis.& homo est vnũ principiũ mũdi minoris,i.totius generis humani:qd̃ ꝓcessit ex eo quantũ ad corpulentã substantiã. Adam em̃ primo solus formatus est:& de eo Eua:& ex illis alij. Hæc similitudo imaginis ponit ab Aug.xxxiij.q.v.hęc imago.Sed quia hic agitur de anima nõ de toto hoie:ideo ista similitudo Augu.dimitti potest:& ponatur alia.s. ꝙ deus est impassibilis . Malach.iij.Ego deus & non mutor.& anima nõ quidẽ immutabilis oĩno:sed per alterationem seu lesionem naturaliter. Nam ꝙ aia dãnati patiatur in inferno vel purgatorio ab igne:hoc agit ignis non naturaliter:sed vt instrumentũ diuinę iustitiæ acerbissime crucias.Ostauo deus est in se gaudiosus:& anima est naturaliter gaudiosa:quia est apta naturaliter participare eius beatitudinẽ.Vñ dicit btus Thom. ꝙ homo non potest diu stare in tristitia quin conuertat se

Quõ deus vi det ab homie.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad aliqđ gaudiū & delectationē:& ideo si non se exercet in gaudio & delectatione spūaliū immergit se delectationib⁹ mundi. Nono deus est intelligibilis & actu intelligit infinita:& est volubilis ois boni:& anima nostra est intellectua & in potētia ad intelligendum infinita:& volens naturaliter bonū & infinitū bonū. Magna vtiq; sunt ista quæ fecit deus animæ:& ideo recolenda.& tam pulchra imago conseruandā non minus q̄ pictura dei.

§.II. QVANTVM AD SECVNdū. Aia est imago incarnatæ veritatis mediātib⁹ virtutib⁹ quæ si naturæ sunt: nō a se habet: sed infusa a deo. Vñ aia rationalis est adhuc pulchrior: ga potior est gr̄avñ ꝓcedūt virtutes q̄ natura fm Ambro. de cōse. dist. ij. reuera. Et fm hoc est aia imago veritatis incarnatæ. i. christi. iuxta illud Rom. viij. Quos prescīuit hos & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui. &. j. Cor. xv. Portemus imaginē cœlestis scilicet christi: qđ fit imitando virtutes eius: & habēdo spūaliter nouē similitudines prædictas fm ꝓportionē inter deū & animā. Primo videlicet sicut aia est vna: ita & tu sis totus vnū cū deo vnitus: & per conformitatē volutatis. j. Cor. vj. Qui adhæret deo vnus spūs est cū eo. s. concordando se cū volūtate sua: vt christus qui dixit. Nō mea volūtas sed tua fiat. Matth. xxvj. Scd'o sicut aia est trina in potentia: & tu sis trinus in dilectione. s. dei tui & proximi. fm illud. Diliges dñm deū tuū ex toto corde tuo &c. & ꝓximū tuū sicut teipsum. Luc. x. Quod fecit christus Apoca. s. Dilexit nos &c. Tertio aia est simplex: & tu sis simplex nō duplex habens in oibus rectā intentionē: ga si oculus tuus fuerit simplex: totū corpus tuū lucidum erit. Luc. xj. Petrus in prima canon. c. ij. de christo ait. Nec inuent⁹ est dolus in ore eius. Quarto aia est immortalis: & tu caueas tibi a peccatis: quia vt dicitur Ezechiel. xviij. Anima quæ peccauerit ipsa morietur: nō quantum ad substantiā: sed quantum ad gratiā qua priuatur per mortale: & p venialia dispōnit ad mortale. j. Pet. ij. de christo dr̄. Peccatū non fecit. Quinto anima est inuisibilis & spiritualis: & tu occultes opera tua bona ne videātur: vt vites superbiā & inanem gloriā. Matt. vj. Attendite ne faciatis iustitiā vestram coram hominib⁹. Sint ipsa opera spūalia separata a vita carnali sensuali: quia spiritus carnē & ossa non habet. Luce. xxiiij. Sic christus mundato leproso præcepit vt nemini diceret. Mat. viij. Sexto anima est in toto corpore vbiq;: & tu sis circunspectus quo ad oēs potentias interiores & exteriores: ne ex aliqua parte diabolus valeat intrare: nec per visum: nec per auditum: nec per cor & huiusmodi. Abacuch. ij. Super custodiam meā stabo. Septimo anima est impassibilis: & tu non mouearis tribulationibus & angustijs oblitus iniuriarum omnium. Leuit. xix. Nec memor eris iniuriæ ciuium tuoꝝ. Exēplo christi qui semper siluit & patiēs fuit. Est octauo aia gaudiosa: & tu gaudeas semper non in mūdo: sed in deo & bonis operibus. Semper peccator de peccatis doleat: & de dolore gaudeat. dicit Augu. de pœni. dist. iij. si apostolus. Ad Phil'. iij. Gaudete in domino semper. Nono anima est intelligibilis veritatis & volubilis bonitatis: & tu ergo vaces veritati per lectionem & auditionem diuinorum: & verum bonū non falsum & apparens appetas. Nam fm Grego. Qui ea quæ dei sunt nesciunt: a domino sciuntur. & qui ea quæ dei sunt nesciunt: a dño nesciuntur. dist. xxxviij. qui ea. Semper christus mēte gaudebat: & veritatē speculabatur. Quia etiā in baptismo anima per fidē efficitur sponsa christi: ipse christus confert ei nouem ornamenta virtutum quæ ipse habuit. Et hæc notātur in auctoritate Ezechiel. xvj. vbi sic dicit spōsus. Laui te aqua & mūdaui sanguinem tuum ex te: vnxi te oleo: vestiui te discoloribus: calciaui te hiacyntho: cinxi te bisso: indui te subtilibus: ornaui te ornamēto: dedi armillas in manibus tuis & torquem circa collum tuū: dedi inaurē super os tuū: circulos aureos in auribus tuis: & coronam decoris in capite tuo: ornata es auro & argento. hæc ibi. Vbi considerandū ꝙ anima lota est aqua baptismi: & sic mundata a sanguine peccatorum. Vncta oleo chrismatis: & tunc anima intus ornatur auro gratiæ: & corpus argento claræ famæ: tūc primo induit eā subtilibus. i. camisia subtili fidei: quia transcendunt rationem ea quæ sunt fidei. Secundo induit eam vestitu deaurato charitatis. Tertio chlamyde discolor ibus: id est diuersorum colorū. i. iustitiā quæ dicitur omnis virtus: & sic varia. Quarto cingit cingulo bissino casti

Aia est imago ī carnatę veritatis.

Nouē modis portat imago Christi spūal'r.

aīa ī baptismo recipit a Christo nouē ornamēta virtutū q̄ ipse habuit.

ratis & abstinentię quæ pertinent ad rēperātiam. Quinto calciat hyacintho colore ceruleo: scilicet similit cœlo. i. spe ęternoꝝ & desiderio cœlestiū. Sexto ornat armilla i brachijs fortitudinis & exercitio bonorum ꝙoperum. Septimo ornatur torque aureo circa collum. s. prudētiæ. Octauo appenduntur in aures in auribus: humilitatis quidem & obediētię in aduersis: & rēperantię in prosperis. Tandem nono coronatur corona decoris in capite. s. perseuerantiæ. Namvt dicit Bernar. Sola perseuerātia coronabitur. His omnibus ornamentis fuit christus ornatus. Nam quātum ad fidem habuit eā non sicut nos: quia clare deū videbat: sed quantū ad id qđ est perfectionis in ea. s. assentiendo omni veritati diuinitus reuelate. Spem vero quātū ad glorificationem corporis futurā. vt ergo portetis imaginem cœlestis: induimini dñm Iesum christum. Roma. xiij.

§.III. QVANTVM AD TERTIVM scilicet supernalia quæ animæ ꝓparata sunt: est imago glorificate intellectualitatis. i. angelorꝝ sanctorꝝ. j. Corinth. ij. Oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hoīs ascendit: quæ ꝓparauit deus diligentibus se. scilicet bona glorię quæ angeli possident in patria: ad quam homines ascendētes æquales sunt angelis dei. ait christus Mat. xxij. Nouem autem sunt ordines ipsorum angelorum inquit Grego. de pœni. dist. ij. c. principium. Angeli, archangeli, potestates virtutes, principatus, dominationes, throni, cherubin & seraphin. Homines autē non facient ordinem decimum de perse in gloria: sed assumūtur animæ sanctorꝝ ad diuersos ordines angelorꝝ fm differentiā meritorum. Et q̄uis quilibet ordo possideat aliquod donum excellenter vnde denominatur: vt dicit magister in. ij. sen. dist. ix. nihil tamen singulariter. Participat ergo quelibet anima beata cū omnibus ordinibus aliquid. Nam seraphica est per amoris ardorem. Interpretatur enim seraphin incendens. & Esa. xxxvj. c. dicit. Dixit dominus cuius ignis est in Sion: & caminus eius in Hierusalē &c. Est aia cherubica ꝓ cognitionis plenitudinem. Interpretatur em̄ cherubin plenitudo scientiæ. ad Hebr. viij. Omnes scient me dicit dñs a maiori vsq; ad minorem. Grego. in. j. moral'. Quid est qđ nesciant qui scię nē omnia sciūt. Est thronica per premij quietā & securā tēnionem. Thronus dicitur sedes nobilis in qua quiescitur & firmus quis manet. Ioan. xvj. Gaudiū vestrū. s. supernæ gloriæ: nemo tollet a vobis. Io. x. Ego vitā æternā do eis. s. ouibus meis: & non peribunt in ęternū. Est dominatiua per summā puritatem. Maius dominium esse nō potest q̄ esse liber a vitijs & passionibus & miserijs corporis: quod non fit nisi in gloria. Rom. viij. Ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum dei. In multis hic offendimus oēs. sed ibi sine macula sunt ante thronum dei. Apo. xiiij. Principatum habet aia in summæ dignitatis: nā omnes reges & principes mūdi sunt. j. Regū. ij. vt sedeat cū principibus & soliū gloriæ teneat. Fecisti nos deo nostro regnū. j. reges: cantāt sancti: vt dr̄ in Apoca. v. Virtutē habet in se summæ vigorositatis: & quo ad aīam in omni virtute firmatā: murata rō fide in visionē & spe in possessionē. Et quo ad corpus factū in resurrectione finali immortale & impassibile. Pō. Fulminis impetus letificat cuitatē dei. Impetus fluminis signat pfectionē virtutum: ga ad vsum nō præsentis vitæ: sed pfectissime erūt in aīabus. Apo. vij. Nō esuriēt neq; sitient amplius &c. Faciētes ēt miracula plurima post mortē sancti: inter potestates reperitur per repressionē dęmonū. Nā sicut angeli sancti retinent malitiā dęmonū: ne tantū noceant quantū vellent & præcipue potestates: ita & sancti iuuāt nos contra malitias dęmonum spūaliter & corporaliter: vt patet ad corpa multorꝝ sanctorꝝ. Archangelorꝝ capit ꝓprietatem aīa ꝓ altissimā claritatē & reuelationē magnorꝝ secretorꝝ. Angelorum aūt per obedientiæ agilitatem paratę sunt semp: & nil aliđ potest in eorꝝ appetitu cadere nisi qđ deus vult: sicut & de angelis dr̄ in pō. Faciētes verbū eius ad audiendam vocē sermonū eius. Et sic aiæ ꝓ bona supnalia collata est imago totius cœlestis hierarchiæ in patria. Sed si hic viuit vitio se efficit mago diuersarū bestiarū. Rom. j. Mutauerunt gloriam incorruptibilis dei. id est gloriosam imaginem dei in imaginē corruptibilis hoīs & volucrū & q̄drupedū serpē tū & eteroꝝ. Hinc & Boe. de phīca cōsol. Euenit vt quem diuersis vitijs transformatū videas hoiem estimare nō possis. Exemplificat de diuersis vitijs variis bestijs assimilatis

Aia ēst imago glīficate intellectualitatis.

Aia btā particīpat aliqđ cum oīb⁹ ordinib⁹ angelorum.

Aia q̄ ꝑ

Superbia

Superbia leoni. Inanis gl'ia pauoni. Inuidia lnci. Auaritia talpę vel serpēti terram comedenti. Ira cani. Gula vrso. Acidia asino. Luxuria porco. Timiditas ceruo. Instabilitas aui & huiusmodi. Et cōcludit Boe. Itaq; fit vt qui ꝓbitate deserta in diuinā cōditionem transire non possit vertat in beluā. Quod & p figurā ostēsum est in Nabuchodonosor: qui propter superbiā suā est in bouē ex hoie cōmutatus. vt dicit Augu. xvij. q. iij. miror. Et rales peccatores in alia vita sumūt imagines dęmonū. vñ Thre. iij. Denigrata est super carbones facies eorꝝ. Dæmones cōmuniter pinguñt nigri ad innuendū obscuritatē & horribiliratem eorꝝ. Pro maiori aūt declaratione eius qđ est. ō. de imagine. Nota ꝙ quęq; sunt quæ deū diuersimode representant. s. vestigiū: imago: ad imaginē esse: similitudo & æqualitas. Primo enim vestigium representat illud a quo causaliter est expressum confuse: sicut impressio pedis relicta in puluere: & sīlr cinis dr̄ vestigiū ignis & sic quelibet creatura irrationalis dr̄ vestigium dei: qa ipm aliquo modo rep̄sentat per aliquā suā virtutē. Vñ Iob. xj. Forsitan vestigia dei comprehendes: & vsq; ad perfectū oipotentē reperies. Scd'o imago rep̄sentat illud a quo est, ꝓducta clare expresse. Et hoc duobus modis: quia vel in speciei similitudine: sicut imago regis in filio: vel ī figurę similitudine: vt patet de imagine regis expressa in numo. Ponit Aug. in lib. de decē chordis exemplū dicēs. ꝙ sicut imago imperatoris aliter est in numo: aliter in filio: qa in filio est impressa fm cōuenientiam naturæ: in numo aūt non: sic & tu numus dei es: ex hoc melior: qa cū quadā vita & intellectu es: vt scias cuius geris imaginē: numus autem nescit se habere imaginē imperatoris. Ponit etiam exēplum de imagine quæ est in filio & in speculo. In filio em̄ hoie est imago patris: & ex hoc est pater eius. In speculo vero imago nō est hoc qđ ipe homo: & ex hoc nō est pater eius. In filio regis est imago fm equalitatē substantiæ: & ex hoc rex est pater filij. In speculo aūt longe est a substātia. Sic a simili. Filius dei est imago patris & nunq; dr̄ esse ad imaginem: & hoc ꝓpter idemtitatē naturæ expresse: quā dei filius representat. Homo vero dicit imago dei ꝓpter idētitatem similitudinis: & dicit etiā esse ad imaginem ꝓpter imperfectionem similitudinis. Vnde dicit Gen. j. Faciamus hoiem ad imaginē & similitudinē nostrā. Nam hæc prępositio ad distantiā significat. Tertio similitudo representat eandem qualitatē nō vt expressam ab alio: vt ouum est simile ouo: nō tn̄ est imago oui: quia nō expressum ab ouo: vnde vbiq; est imago est similitudo: sed non econuerso. Quarto equale representat illud a quo est expressum perfecte. Nam æqualitas nō est de ratiōe imaginis nisi perfecte: qualis est filius dei. Ex his elicitur ꝙ aliqua creatura est q̄ nec imago est nec ad imaginē: vt creatura irrationalis: sed dicitur vestigium dei. Aliqua res est quę nunq; est ad imaginē: sed imago dei tantū: vt filius dei. Col'. j. Est filius dei imago inuisibilis dei: & hoc ꝓpter idētiratem naturæ. Aliqua creatura est quæ est imago dei & ad imaginem dei: vt homo qui ꝓpter similitudinē nō æqualitatis: sed ꝓportionis inter deū & ipm dicit imago: & ꝓpter imperfectionē silitudinis dicitur ad imaginē dei: qa scilicet nō habet idētitatē naturæ cū deo sicut dei filius. Raine. post Tho. in. j. par. q. xciij.

Quicq; sit q̄ di uersi mode rep̄sentāt deū.

Imago vbicunq; est similitudo cē sed nō econuerso.

Ignorātia ēmater cunctorꝝ errorum.

¶De mira nobilitate animæ. Cap. ij.

BENEDIC ANIMA MEA dño: dñe deus meus magnificatus es vehementer Pō. civ. In oibus operibus suis dñs magnificatur. i. magnus efficit nō in se q augeri nō pōt: sed in nostri cognitione. i. magnus ostenditur nobis in sua potentia: sapiētia & beneuolētia. Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia absq; numero: vt ait Iob. v. Sed inter oia opera sua abextra: vehemēter magnificat. i. magnus & mirabilis ostēditur in animæ rationalis creatione & bonorum innumerabilium eidē collatione. Et ideo benedic aia mea dño: benedic corde: ore & opere: & vt frequētius bene dicat frequenter cōsiderare debet ipsius aiæ excellentiā nobilitatem & pulchritudinem sibi collatam. Sicut em̄ principium saluris est cognitio sui: ita causa interitus est ignorātia: siquidem ignorantia mater cunctorꝝ errorum ab oibus vitāda est: vt dicitur. xxxviij. dist. ignorantia. & permaxime ignorantia sui. Vñ & querenti cuidā vñ posset beatus effici. respōsum fuit ab Apolline Delphico. gnoti se autō. i. nosce teipm, qđ allegat Bern̄. ad Eugenīū scribēs. Quod sub alijs verbis notat Iob. v. dicēs. Visitans speciem tuam

bis colligitur q ipſe Iahel fuit primus qui tabernaculū ſeu tentoriū fixit paſtor⁹. Pro eodē ſumit hic tentoriū & tabernaculū. Interpretat em̄ Iahel ſcientia ſeu principium: & hic pater habitantiū in tabernaculis. Sciētia em̄ ſanctor⁹ paſtorū vocat tabernaculū eorū. hic ergo paſcēdi ſūt hędi aiæ. ſ. iuxta ſcientiā ſanctor⁹, regendæ em̄ ſunt paſſiōes & affectiones. & ſi forte nō valeam⁹ p tantā pfectionē quātā ipſi habuerūt: & ipſor⁹ tabernacula introire: ſaltē ſtemus iuxta: & eor⁹ ſcientia ſit nobis via & doctrina. Sic em̄ iuſtū deduxit dñs p vias rectas. & oſtēdit illi regnū dei: & dedit illi ſciētiā ſanctor⁹. Sūt aūt ſcientiæ ſanctorū: Abel innocētia cōſeruata: Enoch oratiōis ſublimitas: noe ꝓfētia roborata: abraę viſionis integritas. Loth ꝓſtantia p̄ſeruata: iſaac toleratiōis animoſitas et ſic diſcurre p alios exēpla ſctor⁹ vtriuſq; teſtamēti. & iuxta horū tabernacula. i. ſcientiā paſce hędos tuos.

Aīa nouo ſcēs ſeip in deo in gloria requieſcat. Hæc omnia ſūt extracta ex ipſo itinerario libro Iohan. dominici. abbreuiata tamē & aliquā- tulum aliquando immutata.

uipēdit terrena.

Qui ſūt hędi

Sed iā tertio videdū eſt q ſint iſti hędi. Hęd⁹ ſiquidē dr ab hędus. & edēdo: q̄a principaliter valet ad edēdū. cui? carnes ſunt deleuide dr ētabiles ſatis tēperatę ꝓplexiōis necnō & bonę digeſtiōis in firmis ꝓceſſæ. Et ſi nō occidat hęd⁹ creſcit i fetidū hircū: cui? carnes infirmis ſunt nociuę: ſanis iſeſtæ. Per hędos ergo accipim⁹ filios paſſionū aiæ poſt naturā corruptā imitātes & laſciuientes diſſolutæ & flebiles voces. Vbi notādū q ſi natura humana nō fuiſſet p culpā corrupta: vir vn⁹ q dr liber arbitriū ex trib⁹ vxoribus. ſ. rōnabili: iraſcibili: & ꝯcupiſcibili: filios ꝓcreaſſet: filios vtiq; honoris & honeſtatis. At vbi ꝓſtituta eſt vxor. Prima filia. ſ. ratio q̄ erat glia viri. i. liberi arbitrij: vir ipſam ſequēs in ſeruitutē extat redactus: & loco liberorū legitimor⁹ generat filios fornicatiōis: q̄s merito ꝓpter cās dictas hędos nūcupamus. Genuiſſet ſiquidē rōnalis p liberā ſpeculationē veritates in æternū ſundatas. Genuiſſet ꝯcupiſcibilis odiū: quo vir iuſt⁹ ſine odio odit iniquos. Triſticia ſeu tædiū vitæ p̄ſentis genuiſſet amorē ordinatum eor⁹ q̄ ad deū videdū adminicula parāt: gaudiū boni moralis & ſpūalis. Genuiſſet iraſcibilis fiduciā pſeuerādi i bono & ꝓfectionis diuinę ſeu ſpē audacię ad bonū. Timor eſt q p manet i ſæculū ſcli. Corrupta ꝓpinde natura aia affectiōes gignit q̄ noib⁹ ẏ tutū nūcupant. ſ. ſpe timore amore & hmōi: ſed nō ſunt eiuſdē naturę. Et ꝓpter hoc doctor ẏ itatis quaſi capram aiam vocans: filios ſuos qui dicti fuiſſent liberi hædos appellat. Hædi ſunt multi errores & falſę intelligentiæ q̄s intellectus ꝓpria ſpeculatione & p̄ſumptione formant & gignit. Hædi ſunt odia & difficultates ẏ rutum. Hædi ſunt rimores, ſeruilis, mūdan⁹, & van⁹, carnalis, & profanus. Hædi ſunt triſticię amiſſionis diuitiarū: cōſanguineor⁹: honorum & aliorū bonor⁹. Iſti nāq; hædi mutant naturam. Nam paruuli q dicunt primi motus & affectiones: quæ nō ſunt i nra poteſtate: & ſi occidant vtiles ſunt ad eſum ſpūalium: & nutrimentū vitę ſpūalis. Laudabilis eſt em̄ anima quæ fortiter vincit ſuas paſſiones: & paruulos ſuos, ideſt primos motus paſſionū allidit ad petrā fidei & cōſtantiā reſiſtētiæ. Si vero in primo limine nō occidant: vt hędi ſed creſcū: incipiūt ſe torē emittere qa impurant ad pctā: producūt q̄q; cornua vt hirci: efficiunt fortes. & tandē impugnantes hoies ſuperant ſ. animæ vires: qa aſſueta aia paſſionib⁹ vinci paſſiones neqt vincere & merito: qa vſus ꝙ ertit in naturā. Ecce quō hædi facti ſūt hirci: & qa noluiſti hædū occidere. i. primis motib⁹ reſiſtere: hircū habes peccatorum te cornibus ventilantem. Verū ſi anima tua facta eſt hircus caprarū: potes etiam eam per pœnitētiā magnam & obedientiā humilē deo ſacrificare qui, ppter hoc hircū p peccatis ſibi iuſſit offerri. Iſti ſunt hædivagi & nimiū diſſoluti. Nempe motus primi opinionum falſarū cōſtituunt intelligētiam vagam vt hinc inde diſcurrat: qa legere tentāt in ſapientia ſua: & ſic ifirmam ad omnem ſcripturam ſeponit & nihil acquirit: qa languētis ſtomachi eſt plurima deguſtare: & in nullo delectari, vt ait Señ. Iſti & cęteri hædi paſſionum iraſcibilis & concupiſcibilis inſtabilem reddūt naturam humanā vnde eſt in cōmotionibus tota. Hic em̄ quærit diuitias per inordinatum amorem concupiſcibilis, alij delitias, alter honores. & p iraſcibilem quęrit vnus vindictas & hmōi. Iam attēde ad prædictarū paſſionū quæ hædi dicūt vocem ſeu balatum. Vox vtiq; agni eſt be. vox hædi eſt me. Prima vox eſt laudantis: ſed ſecūda quæ ſua ſunt quærētis. qa neſcit niſi ſe me, dicēs & eſt vox perturbantis: qa me, ſic prolatū aduerbiū videt do-

lentis. Homo enim cum lamentat in linguavulgari dicit o me vel oime. oīs hic homo q̄ ſūt ſua q̄rit: non quæ ieſu xp̄i. Iſti igitur hædi paſcēdi ſunt iuxta tabernacula paſtorum. i. motus paſſionū dirigendi ſunt ſm ſcientiam & doctinam ſanctorum prelatorū qui ſunt veri paſtores: & per iſta media segrediendo a præſumptione: & progrediendo in humiliatione cum itur per veſtigia gregū dirigendo & corrigendo affectus ſuos in ſanctorum mutationem: anima cognoſcit pulchritudinem & nobilitatem ſuam: & hoc cum nouit

¶ De beneficijs animæ collatis quo ad ſcientias artes & virtutes.

Capitulum. III.

BENEDIC ANIMA MEA DOmino: & noli obliuiſci omnes retributiones ei⁹. pſ. ciij. Retributiōes dei ſunt beneficia: vel quantum ad infuſionē: vel quātū ad naturalē inclinationem vel quantū ad acquiſitionē: quæ cōtulit nobis ꝓtra mala quæ incurrim⁹, ppter pcm. de quib⁹ malis ait ipſe pſ. Fiant viæ illor⁹ tenebrę & lubricū & angelus dñi perſequēs eos. Quod exponit Vin. in. j. lib. ipſius ſpeculi: hiſtorialis de malis ſecutis in homine per pcm: ponens conſequenter remedia & magna bona data a deo contra dicta mala. Dederat deus hoi primo in ſui creatione tria bona dñi originaliter inſerta. Primū q̄ fecit eum ad ſuam imaginem. Sed'm q̄ ſe cit eū ad ſuā ſimilitudinem. Tertiū q̄ dederat corporis immortalitatem: ſi mandatū ſeruaret. Hęc tria bona corrupta ſunt per tria mala ſequentia. Nam diuina imago corrupta eſt p ignorantiā: ſimilitudo diuina p concupiſcentiam: im ſui creatione. mortalitas p corporis miſeriā & infirmitatē. Homine nāq; recedente a deo p peccatum. iuxta illud pſ. Facta eſt via ei⁹ tenebræ per ignorantiam. & lubricū p cōcupiſcētiam. & angelus dñi. ideſt defectus & infirmitas corporis ad vindictā immiſſa pſequens eū p mortalitatem donec reuertat in terram de qua ſumptus eſt. Per angelū enim dñi fuit data ſnia vt a miniſtro dei vt expelleret de paradiſo. Et propter hæc tria incommoda repellenda: data ſunt ei diuinitus tria remedia. ſ. ſapiētia p̄ ignorantiā. virtus p̄ cōcupiſcētiam, neceſſitas vitæ ppter infirmitatē, ppter q tria inuenta eſt oīs philoſophia vel artis diſciplina. ſ. pp ſapientiā theorica, pp virtutē practica, pp neceſſitatē mechanica. & de his omnib⁹ rectius & veracius & honeſtius differatur inuenta eſt logica.

Aīa nouo ſcēs ſeip in deo in gloria requieſcat. Hæc omnia ſūt extracta ex ipſo itinerario libro Iohan. dominici. abbreuiata tamē & aliquā- tulum aliquando immutata. uipēdit terrena.

§. I. THEORICA DIVIDITVR IN

theologiā, phyſicā, & mathematicā. Theologia tractat de inuiſibilib⁹ eſſentijs iuiſibiliū. vt de deo & creaturis ſpūalib⁹ vt āgelis. Ro. j. Inuiſibilia dei p ea q̄ facta ſūt a creatura mūdi itellecta ꝙſpiciunt: ſ. ꝑiterna q̄q; ẏ tus ei⁹ & diuinitas. Opus aūt factū eſt duplex. ſ. cōditionis vt creatio mūdi. & reſtaurationis. i. incarnationis verbi cū ſacris inſtitutis vt cognoſcat fidē eſſe creator & redēptor. De diuinis ptinētib⁹ ad theologiā dixerūt aliq̄ antiq philoſophi & ſibyllę. & Ariſto. ꝙcluſit ſuam meraphyſicā in, pbandovnū deū gubernatorē mūdi. Plato multa dixit de deo. Marcus vero gentilis poſuit triplicē theologiā: vt refert Aug. i fi. vj. li. de ciui. dei. ſ. theatricā ſeu fabuloſam q̄. ſ. recitabant & repſentabant p mimos facta deor⁹ i theatris cū miſtis turpitudinib⁹. Ciuilē qua. ſ. colebant dij & inumeri in tēplis: q tū hoies fuerant vel aliquæ aliæ creaturæ. Et naturalē qua. ſ. ea q̄ dicebant de dijs exponebatur de rebus naturalibus & ꝓprietatibus earū. ſed oīa mixta erant & plena fanſtatibus & terrorib⁹: vt ꝓbat ibidē Aug. ſed vera hæc theologia pleniſſime habet i biblia a ſpū ſcto reuelata, ideo veriſſima. Etiā de his agit in li. ſen. Nā in prio de diuinis: vt de trinitate pſonarū vnitate eſſentiæ & pfectionib⁹ eius, vt æternitate: oipotentia, ſapiētia, volūtate & hmōi. In ſcd'o de creatione angelorū & lapſu aliquorum & cōfirmatione bonorū cū pfectione. De creatiōe hois & lapſu eius: & pctō originali i de ſecuto. De opere ſex primorū dierū. De gra & libero arbitrio. De pctō actuali breuiſſime tm̄. In tertio de myſterio incarnatiōis: de ẏtutib⁹ theologicis: de dōis & ẏtutib⁹ cardinalib⁹ multū breuiter. deinde agit de

Speculatiua vl' theorica diuiditur.

decē pceptis. In quarto de sacris: demum de finali iudicio & vltima resurrectiōe. & gloria beatorū & pœna reproborū. Sup hoc ti. b. sen. sunt facta scripta innumera a doctoribus. hute videt subalternari sciētia iuris canonici pcipue quātū ad ea q̄ sunt fidei & sacra & declaratio articulorū & dubior.

Physica quid tractat.

Physica. i. naturalis sciētia tractat de inuisibilibus visibiliū causis. Nā corpus & ea q̄ sūt corporis principaliter considerat. Corpus aūt cōsiderat in gñali cū partibus suis: aut i specia li. Si in generali sic determinat de illo Aristo. in li. Physic. Si in spali considerat corpus: & tunc dupliciter: qa aut est incorruptibile: & sic tractat Aristo. de illo in li. de cœlo & mūdo. Dicit em ibi q̄ cœlū est corpus nō generatū: nec fabricatū: nec recipiens aliquas impressiones. Aut corpus est corruptibile: & tūc aut est simplex aut cōpositū. Si simplex: tunc tractat de eo Aristo. in lib. de generatione & corruptione. Et loquor de simplicitate illa q̄ opponit cōpositioni naturali ex quatuor elemētis. Si cōpositū: aut igit est animatū aut nō Si non est animatum sic tractat de eo in libro Meteororum. vbi Aristo. determinat de impressionibus aeris: & grādinis generatione: & niuis & corporū mineraliū & consimiliū. Si vero corpus sit cōpositū animatū: tūc aut illud est aīa vegetatiua aiatū. & de tali determinat in li. de vegetabilib⁹. Aut aīa sensitiua. & de tali agitur in li. de aīalibus. Aut aīa intellectiua & de eo agit in li. de aīa. Cæteri vero libri: vt de somno & vigilia: de morte & vita: de sensu & sensato: de differentia spūs & animæ &c. supponuntur libr. de anima. & libr. de aīalibus. Huic subalternat seu ad eā. s. naturalē philosophiā reducit ars medicinæ. Mathematica vero quātitatē abstractā a materia considerat. & sic tractat de inuisibilibus inuisibiliū formis. Quātitatū aūt alia discreta q̄ multitudo dr̄: alia cōtinua q̄ magnitudo dr̄. Et discrete. alia q̄dem discreta p se: vt duo, tria, quatuor. & hæc est materia arithmeticę. Alia discreta ad aliud: vt sexquater, & sexquitertiū. & hæc est materia musicę. Magnitudo vo alia est immobilis: vt sphera terrę & hæc est materia geometriæ. Alia est materia mobilis: vt sphera firmamenti. & hæc est materia astronomiæ. Hæc igit sunt quatuor species mathematicæ. s. Arithmetica de numeris. Musica de pportione: Geometria de spatio: Astronomia de motu. Elementū arithmeticæ est vnitas: musicę est vnisonum: geometriæ punctum: astronomiæ instans.

Mathematica qd consideret.

§. II. PRACTICA QVE DICI-

tura praxis quod est opus: est agibiliū sm rōnem in ordine ad fœlicitatē ciuilē & supnā. i. de operibus virtuosis: p q̄ cōcupiscētia. i. inclinatio ad malū regulat & vincit: & hæc deo assimilat. Diuidit ergo practica in ethicā: oeconomicam: & politicam: & ad hāc moralē philosophiā reducitur sciētia iuris. Ethica est q̄ sui curā gerens cūctis se erigit: & exornat augetq̄ virtutib⁹ nihil inuite admittēs quo nō gaudeat: nihil faciēs pœnitēdū. Oeconomica est q̄ familiaris officij curam mediocri dispositione cōponēs distribuit. Politica est quę reipublicæ curā suscipiens: cūctorū saluti sua prudentia solertia iustitię q̄ libera & fortitudinis stabilitate ac temperantiæ patientia medetur. Hæc Vin. Ex quibus verbis habet q̄ non pōt quis seipsum bene gubernare: vl familiā: vel ciuitatē: & recte operari nisi habeat virtutes. Et cardinales quidem necessarię sunt ad ciuilem humanam bene gerendam. Theologice aūt & dona spūssancti ad ciuilitatem futuram conse-

Prudentia diuiditur.

quendam. Prudētia quidē q̄ est recta ratio agibiliū: & habet regulare rōnem in seipsa sm Sen. habet tres partes integrales: ad quas reducunt aliæ plures: q̄ ponūt a philosopho i li. Ethi. s. recogitatio seu memoratio præteritorum: ordinatio præsentium agēdor: & prouidētia futuror. Habet aūt quasi ānexas & vt ptes potētiales sm philosophū in li. Ethi. eubolia qui est bene cōsiliatiua: & sinesim quæ est bene iudicatiua: & gnomin quæ est bene iudicatiua in his quæ occurrunt extra cōem legē. Synesis aūt in his q̄ sunt i m cōes leges bene iudicat: pertinet enim ad prudentē primo bene cōsiliari infra se circa agēdum diuersa inquirēdo & discutiēdo. scdo bene iudicare. i. ex consiliatis qd melius est eligere: & tertio

Iustitia diffinit: & habet duas ptes.

qd est prin: ipale op⁹ prudētiæ imperare. i. executioni mandare q̄ bene iudicatum est. Iustitia est cōstās & perpetua voluntas reddens vnicuiq̄ qd suū est. l. iustitia. ff. de iusti. & iure. & habet regulare voluntatem in ordine ad aliū: & partes eius integrales sunt duę. s. declinare a malo: & facere bonū erga alios. Partes essentiales sunt distributiua: quæ est circa iudicia & officia & onera & pœnas & præmia alijs impendenda per eum qui habet curā aliorū. Et commutatiua q̄ circa cōtract⁹ & alia ptinētia ad cōuersationē cū hominibus: vt. s. recte non nociue quis se habeat ad pximum in verbis & rebus & psonis. Partes vo potentiales sunt religio: q̄ est circa cultū diuinū. Pietas q̄ est circa honorē parentum. Obseruantia quæ est circa reuerētiā & honorem superiorū. Obedientia q̄ est circa implerionē præceptorum suorū pla torū. Gratia quæ est circa recognitionē beneficiorū debitā. Vindicatio q̄ est punitio recta delictorū p eū q̄ habet auctoritatē. Veritas q̄ ei dictis & factis fallaciæ exclusio. Liberalitas q̄ est debitus vsus rerū in mediocrib⁹ sumptibus erga familiam: & indigētes pauperes. Amicitia seu affabilitas q̄ cōsistit inhumaniter se habēdo & benigne cū alijs in vbis & gestis. Pykeya seu æquitas q̄ consistit in interpretando leges & mādata maiorū magis sm intētionē q̄ verisimiliter credit legislatoris: q̄ sm verba in casu dubio. Fortitudo ē aggressio debita arduor: vbi etiā sunt pericula mortis & firma ppessio eorū. Hæc regulat potētia irascibilē circa audaciā & timores. Partes eius integrales sunt duæ. s. aggredi ardua & difficilia. pportionata sibi & firmiter in eis pmanere: sed ptes potentiales sunt. Magnanimitas q̄ est circa honores magnos. s. recte se habere ad eos: nō ambire nec vitare cum nimitas expedit nec de eis suphire. Magnificētia q̄ est circa magnos tis & magnos sumpt⁹ debite factos. vt ppter honorē dei ædificare ecclias gnificē & hmōi: vel ppter bonū reipublicæ. Patientia q̄ consistit tię differ inæquanimiter serendo aduersa cōia vbi est periculū mortis rentia. absq; animi deiectione & tristitia inordinata. Circa pericula mortis est fortitudo & pseuerātia q̄ cōsistit firmiter ponēdo pati aspera & difficilia quātocūq; ipe sint duratura. Tēperātia consistit in moderādo delectationes corporeas & repellēdo eas q̄ sūt cōtra rōnē: & habet regulare ꝓcupiscibilē contra delectationes ciborū & venereor. Partes ei⁹ integrales sūt verecūdia & honestas. ptes subiectiuę sūt abstinētia quo ad cibos sobrietas vo quo ad potus: casitas q̄ ad venerea: q̄ castitas habet triplicē gradū. s. cōiugalē: vidualē: & virginalē. Partes ei⁹ potētiales seu annexę sunt mānsuetudo q̄ moderat iras. Clemētia q̄ est diminutiua pernarū debitarū cōgruo tū mō modestia q̄ habet cōponere hoiem in vestitu incessu & vsu sēsuū. Studiositas q̄ habet animū retrenare ab inordinato appetitu & exercitio cognoscendi intellectualia vel sensitiua. Humilitas q̄ facit hoiem vra sua cognitiōe vilescere & supbiā fugar. Eutropolia seu vrbanitas q̄ facit hoiem i dictis vel factis iudicris seu iocosis cōgruenter se habere vt nō sit nimis agrestis & rigid⁹: neq; nimis leuis & iocosus. Virtutes Virtutes theologię sūt: fides: spes: & charitas: q̄ ordināt hoiem ad fœlicitatē ęternā: & habēt deū p obiecto imediato: sed diuersimode. Nā fides respicit deū vt sūmā & infallibilē veritatē: cui sunt. innitit assentiēdo mente his q̄ sūt ab eo reuelata i scripturis. Spes respicit deū oipotentē valētē ei i oib⁹ suffragari: initit em eiexpectādo ab eo ęterno pmio corōari. & gram & veniā pœnitēdo sibi ipriri sua liberalitate. Charitas respicit deū vt summū bonū: pximū autē diligit pp deū: qa deus hoc vult & qa fact⁹ ē pp eūdē finē. s. ad fruēdū deo. Dona spūssancti sunt q̄dā virtutes pfectiores virtutib⁹ cardinalib⁹: sed excellentio res eis sunt theologicæ: q̄ habēt hoiem reddere de facili mobilē ad sequēdū initia & monitiones ipsi⁹ spūssancti. Et sūt septē excludētia p quādā adaptationē septē vitia. s. timor excludens superbiā: pietas inuidiā: sciētia iram: fortitudo accidiā: cōsiliū auaritiā: intellectus gulā: sapientia luxuriā.

§. III. MECHANICA AVTEM ARS

dr̄ a mechor. aris: qa quasi intellect⁹ ibi adulterat: cū principaliter sit creat⁹ ad spūalia itelligēda: & i ipis mechanicis circa Mechafactibiliave set. Et habet septē spēs. s. lanificiū: armaturā: nauigationē: agriculturā: venationē: medicinā: & theatricā. Ad uiditur. hāc. s. mechanicā oim rerū fabrica cōcurrere vī: q̄ hūanis necessitatib⁹ iuenit grata: cōmoda & necessaria. Lanificiū ē pria

Occasiones medicinæ.

Logica diuidit Grāmatica.

Dialectica.

Dehetorica & ei⁹ partibus.

rum tres sunt ptes: dispositio: ꝓstructio: & venustas. Porro fabrilis, & ferraria duabus rebus cōstat. s. ventis & flamma. Agricultura quatuor habet spēs. s. aruū seu agrū q̄ sationibus deputat: cōsitū q̄ nemoribus ꝓstat: vt sunt vineta: olitiuera: pomeriū: pascuū q̄ pascuis cōstat: vt prata: floridū vt hortus & rosarij. Cultura igitur multiplex est. Cinis. s. incēdium per qd ager inutilē humorē exudat: deinde arationis intermissio: stipulæ incēsio: stercoratio: sarito: occatio: rūcatio. Bene colendi agri rō quatuor rebus cōstat. s. aere: aq̄: terra & industria. Oportet em vt eis locis quos colere desiderabis aer sit salutaris & elemēs: aqua salubris & facilis: vel ibi nascēs vel ad vota vel imbre collecta: terra vero fœcunda & sēsi incōmoda. In vitibus putādis tria cōsideranda sunt s. fructuū spes successura: materies: locus q̄ seruet ac nutriat. Venatio tres habet species. s. ferinā: aucupiū & piscariā. Ferina fit multis modis. s. retibus: pedicis: laqueis: pcipitijs: arcu: iaculis: cuspide: indagine: pēnæ odore: canibus: accipitribus. Aucupiū fit retibus: laqueis: pedicis: pcipitijs: arcu: viſco: hamo. Piscatura fit retib⁹: sagenis: gurgustijs: hamis: iaculis. Nauigatio q̄q est mechanicæ species sm pdicta: ad quā pertinet oīs industria emēdi & vēdēdi. Hæc vniuersa littora adit: pacē & familiaritatē cū exteris nationib⁹ cōponit: & priuata bona cōia facit. Medicina corporis vel tuef vel restaurat salutē. Hæc cōtinet occasiones & opationes. Occasiones sunt sex. Aer circūdans nos: cibus & potus: somnus & vigilia: motus & quies: exinanitio & repletio: & accidētia aiæ. i. passiones insurgentes. Opationes sunt in tus & foris. Intus vt ea quæ intromittunt per nares: per os: per anū: ad exercitādas sternutationes: vomitatiōes & purgationes. Foris vt sunt emplastra: incisio & vstio. Theatrica cōtinet ludos diuersi generis. Nā ludus aut est gymnic⁹ aut agon: aut circēsis: aut scenicus: aut gladiatorius. Gymnicus est qui in gymnasio exercef: cuius gnę sunt genera. s. saltus: cursus: iactus: virtus atq; luctatio. dr̄ aūt hic virtus immēsitas virtū in labore & pōdere corporis. Agonū genera fuerūt cursus celeritas: sagittādi peritia: stādi patiētia: ad citharā quoq; & tibias incedēdi gestus: decantādi modulatio: terrestris q̄q & naualis pertiēdorūq; supplicior certamina. Circēses ludi dicti a circūeundo. Scena locus est intra theatrum in modū domus instrata cū pulpitovbi cātabant comici & tragœdi: saltabant histriones & mimi. Gladiatores pugnabāt in amphitheatro: illic iuuenes vsum armor diuersō mō discebāt: & modo inter se pugnis aut gladijs: mō circa bestias intendebant. Est & ludus aleę: choreę: pallę. Alea taxillis luditur: ab hac fraus & mēdaciū & periurīū nunq̄ abest: postremo & dāna rerū. Et ppter hæc scelera aliqn̄ sunt hæc legibus interdicta. hæc Vincē. Logica diuidit in grāmaticā & rationē disserendi. Grāmatica aūt est sciētia recte loquēdi: recte scribēdi origo: & fundamentū oīm liberaliū artiū. Et diuidit in literā: sylabā: dictionē & orationē. Literæ græce & latine ab Hebręis vident exortę. Apud illos em primo dictū est aleph. inde tractū est a Græcis alpha. & a Latinis a. Oēs aūt literę apud Græcos & verba cōponunt & numeros faciunt. Nā a. significat vnum. b. duo. c. tria. & sic de cæteris. Rō disserendi diuidit in dialecticam & rhetoricā. Dialectica ipsa est q̄ ꝓprie dicitur logica i. rōnalis diffiniendi querendi disserēdi potēs. Itaq; dicibile aliud incōplexū aliud cōplexū. Et incōplexor aliud inhęrens intra. de hoc agit in sib. Prędicamentor: aliud inhęrens extra: & de hoc agit in li. Principior. Complexorum aliud absolutū: & de hoc in lib. Perihermenias: vbi agit de enuntiatione, sine respectu: aliud ordinatū ad alterū: & hoc vel ad oēm materiam indifferenter, & de hoc in lib. Priorū vel ad materiā determinatā contractū. & hoc tripliciter: qa vel ad materiā necessariam: & de hoc agit in lib. Posterior: vel ad probabilē: & de hoc in lib. Topicor: vel ad sophisticam: & de hoc in lib. Elencor. Rhetorica est bñ dicendi sciētia ad persuadendū iusta & bona in rerū personarūq; & negotior causā. Rhetor est vir bonus dicēdi peritus. Vir bonus cōsistit natura vita moribus & actibus. Dicēdi peritus cōsistit artificiosa eloquētia: q̄ cōstat partibus gnę. s. inuētione: dispositione: memoria: pronūtiatione & fine officij: quod est aliqd persuadere. Iste aūt dicendi peritia ꝓsistit in tribus. s. natura: doctrina & vsu. Causarū genera tria sunt. Deliberatiuū in quo quid debeat vel nō debeat tractā. Demonstratiuū in quo persona laudabilis aut reprehēsibilis ostendit. Iudiciale in quo de ipsius facto pœnę aut præmij sntia datur. Deliberatiuū genus duplex est. s. suasio & dissuasio. Suasorium aūt tribus diuidit. s. vtili possibili & honesto. Demonstratiuū habet duas partes. s. laudē & vituperiū. Partes oīonis rhetoricę quatuor sunt. s. exordium: narratio argumentatio: & conclusio. Hæc Vincē.

§. IIII. ET NOTA QVOD INVEN

Inuētor grāmaticę & rhetoricæ: & aliarū sciētiarum vl artium liberalium.

tores artiū liberaliū & mechanicar: & philosophię & auctores librō: ipsarum cōiter fuerūt gētiles & reprobi hoies. In grāmaticalib⁹ principalis ponit Priscia. in rhetoricis Tullius Cicę. q & ethnicus de diuina, puidētia male sensit. sm beatū Tho. ꝓ. par. q. xxij. quē etiā malor: mor: fuisse ostēdit Sallu. licet & ipse Sallu. cū Demosthene Græco oratore per maximo infideles fuerūt. Lactan. aūt vt omittā Titum Liuiū lacteo fonte manantē sed errātē: christicola fuit. Sed error Milleniastrarū sectar⁹ est: & de spūscto minus bñ sensit vt patet in li. suo Institutionū. Inter poetas magn⁹ fuit Homerus apud Græcos: sed apud latinos maior Virgilius: qui vltra infidelitatē turpissimus in moribus fuit: nec min⁹ eo Naso seu Quidius & pcipue in sua doctrina lasciuię plena. Inter historiographos præcipui: Valerius maximus in ꝓsa Lucanus in metro. Suetonius incircūcisi corde & corpore. Iosephus iudęus post christi aduentū iudaismū secutus est. In logicalib⁹ Aristo. effulsit: & totius philosophię monarcha: cuius parti morali Socrates se totū dedit: Pythagoras naturali: sed vtriusq; discipulus. Plato vtriusq; coplexus est vt dicit Augu. de ciui. dei. Hic sup oēs theologus fuit cuius doctrina antiq sancti doctores imbuti fūt. vt Amb. Orige. Augu. Hiero. Basi. Errores tū eius plurimos abiicientes Origenem dimittēdo. Moderni vo Aristo. sequunt, ꝓpter amorem doctrinę ordinę & minus errantē. Oēs hi cū suis sectis epicureis: stoicis & peripatheticis cū alijs nō excludēdo Senecam moralissimum: sed cū vulgo idololatrante ab extra sm bñm Tho. Principes illi sunt q̄ sm apsm. ꝓ. Cor. ij. dei sapientiā minime cognouerūt. Et dñantes super bestias. i. bestiales hoies & rudes. Hi principes gentiū & ludētes in autibus cœli. i. demonijs sua curiositate & plurima falsitate suggesta illudentes hoies: & illusi ab ipsis spiritibus malignis cōgregantes sibi aurū sapiētię & argentū eloquētię sine fine. Demū exterminati sunt & ad inferos descenderūt: vt dicitur Baruch. iij. Arithmetica dicit de primordijs Pythagoram inuenisse: q & sine fide fuit. Tubalcain Musica. Astrologiam Athlas: & Prolemeus multa addidit. Geometriam Euclides & Hermenides. Ethnici oēs & inter reprobos cōputati. Medicinā Esculapius primus docuisse refertur: quē indocte plæbes in deū retulerunt: sed auxit copiose Hippocrates & Galenus: neēnō & Auicēna: qui oēs & si deum cognouerunt: nō sicut deum glorificauerūt: sed euanuerūt in cogitationibus suis. Iura ciuilia gētiles primi instituerunt diuersi diuersis vrbibus: & a Lacedemonijs leges Romani mutuati sunt. vt patet in decre. dist. vij. Moyses. Artes plures mechanicas instituisse ex Cain ꝓgenitos insinuat Geneseos liber. in. iiij. ca. Qui cōiter criminosum parentē in moribus imitati sunt: & ciuitatē in mundo ipse primus cōstruxit: quasi innuēs ad illā nō pertinere q̄ sursum est Hierusalem. Sed & monarchę oēs siue Assyrior: siue Medorum & Persarū: siue Græcor: siue Romanor: usq; ad tēpora Cōstantini Philippo excepto imperatore a Decio interempto: oēs in sua ętate mētis mortui sunt & morib⁹ intēperatissimi. Et ille q videf fuisse fœlicior Octauian⁹. s. & mūdi sapiētię nō ignarus: lasciuissimus describit. Hęc igit scripta sunt vt nō glorietf sapiēs in sapiētia sua: quantumcūq; his repletus nō potens in potētia sua: sed agnoscat verū esse qd dr̄ Sap. xiij. Vani sunt oēs hoies in quibus nō subest sciētia dei. Vere vani. i. frustra cū nō cōsequent finē suū q est sm magm in. ij. dist. j. vt summū bonū intelligāt: intelligēdo amēt: ip soq; fruātur. Sed nec se deficiāt & cōtemnāt qbus tales scientię desunt: aut potētia vel diuitię subtrahuntur: qa sine his plenissime salus ꝓpria, curari pōt: ac etiā, pximor: nō modice sicut experiētia docet. Verū doctrinę tales quo ad vera & vtilia q̄ibi sunt cōtemni nō debēt: ex eo q̄ auctores fuissent vitiosi. nā veritas sm Amb. a quocūq; dicat a spūsancto est: & si ipsi nō habuerint eū quantū ad gratiā gratū facientē. In cuius figuram ꝓcepit dñs vasa aurea & argentea Egyptior: asportari ab Hebręis: vn de tabernaculū dñi cōstrueret ad significandū sm venerabilē Gratia. dist. xxxvij. legim⁹. §. sed ecōtrario. q̄ aurū sapiētię & argētū eloquētię licet accipere ab infidelibus, quasi inustis possessorib⁹ ex suis doctrinis: & cōuertere in vtilē vsum ecclesię. Vñ aplus

Iura vnde emanarunt.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad Titū allegat dictū cuiusdā philosophi. Cretēses malę bestię &c. Et hoc etiā dicit Aug. j. q. j. dñs declarauit. Verū in ſmonibus ad pplm: necvidek honestū nec piū eos implere doctrinis & allegationibus infidelitū: quasi sacra scriptura q̄ est vera dña oim facultatū ancillariv ideak tanq̄ insufficiens: & ille vere ancillæ dñari. Inde em̄ vilescit scriptura: augetur curiositas magis q̄ deuotio in auditoribus: & vanitas in loquentibus. Sed sufficit aliqñ ancillas vocare vt sancti fecerunt ad magis confirmandum ea quæ sunt fidei per testimonia inimicorum eius.

¶ De quidditate aiæ & ꝓprietatibus eius. Cap̄. iiij.

DE QVIDDITATE ANIME

Duode cī opiñ. ātiquo rū de ess entia a nimæ.

rōnalis & ꝓprietatibus ei⁹. dñs Io. dñici sup. Ecclesiastē. xxxvj. lectiōe tractās illud Ecclesiastes. Cūcta fecit de⁹ bona in tpe suo: & mundū tradidit disputationi eor̄: vt nō inueniat hō opus qd⁹ opar⁹ est deus ab initio v sq̄ ad finē. aiam q̄ pmanet in ęternum: sic dicit. Nā & si ꝑ aliquā veritatē cognouerūt de mūdo isto nō tn̄ aiam plene aliqs nouit nisi p reuelationē spūssancti. Vñ Ari. in. j. de aia. dicit difficillimū esse accipe qd sit aia & multas habet dubitationes. Duodecim aūt dubitatiōes dea ponenk ſm diuersos sapiētes: & licet ꝑ nescierint qd dicerēt: diuersimode tn̄ descripserūt eā: victa a veritate ſm duodecim eius cōditiones. Plato dixit aiam esse essentiam vel numerū se mouentē: q̄ cōponebat ex quatuor numeris ſ. vnitate: dualitate: ternario: & quaternario. Vocabat vnitatem intellectū: dualitatē scientiā: opinionē ternariū: sensum quaternariū. Sic ergo intelligit aiam habere intellectum: scientiā: opinionē: & sensum: & iō ꝑ se mouet cū vult. Sed spūssc̄rūs aliter intellexit: nam aia est vna essentia & sic rndet vnitati: est cōposita ex esse & essentia: vt dicit sanctus Tho. j. parte. & hoc rndet dualitati. est ad imaginē dei p triplicē potētiā. ſ. memoriā: voluntatē & intellectū: vt ait diuus doctor Augu. de trini. & sic rndet ternario. & creata est vt informet corpus cōpositū ex quatuor elemētis: & sic rndet quaternario. Democrit⁹ dixit q̄ aia est ex atomis ſpherics q̄ videnk in aere in radijs solis. Hic fuit victus sic dicere quia atomi semp sunt in aere: sed nō videnk nisi sole adueniente: sic aia est in nobis: sed cognosci nō pōt nisi adueniēte lumine diuinę grę: & sic nobilissima est vt suū intellectū & quālibet humanā notitiā transcendat. Magna res inquit Bern̄. ad Haymonē est aia quę christi sanguine est redēpta. Empedocles dixit cā ex igne aere aqua & terra: lite & amicitia. hic recepit ꝑ aia totū hoiem: sicut frequenter facit sacra scriptura: corpus aūt cōponit ex quatuor elementis: & aia restabit ſm eū ex lite & amicitia. & hoc dicere cogit ex inclinatione quā habet ad corpus ex fuga & odio. Nam aia iusta suū diligit habitaculū: & dānata odit suū. vt dicit diuus Aug. in. super Genē. ad literā. ca. xvij. Heraclitus tenebrosus phylicus dixit aiam esse scintillā stellaris essentię. hic ei⁹ originem tangit: quia de cœlo est solū a deo infusa. Ali⁹ Heraclitus cognometo Ponticus dixit aiam esse lucem. hic eius essentiā dixit. Nā aia ſm Aug. de essentia est angelor̄: vt sit decimus ordo. nā angeli per lucē intelliguntur. Genē. j. Dixit deus fiat lux: & facta est lux. i. multitudo angelorum. vt ait doc. glo. cōis. Qd⁹ tetigit Saluator in parabola de mulie re perdēte decimā drachmā. Luc. xv. Nō em̄ perdidit aliquē ordinē angelor̄: sed de quolibet aliquos⁹: hoiem aiūt perdidit totū: quem totū saluū fecit in sabbato magno in ara crucis. Io. vij. Seneca dixit aiam esse ſpm intellectualē ad beatitudinē in se & in corpore ordinatū. Hic tetigit finē eius: vt scilicet bene operās beatificaret in morte: & corpus in quo bene gessit in vltimo beatificaret iudicio. Aristo. dixit q̄ aia est endelechia. i. actus primus corporis organici potētia vitam habētis. Hic tāgit ei⁹ immortalitatē q̄ est vitā dans alteri & aliunde nō habēs: aliter esset in infinitū procedere. hoc diffusius deo dante dicek. j. in hoc eodē. c. Pythagoras dixit aiam esse harmoniā. hic tetigit officiū quod habet in corpore scilicet eū regere & mouere sine tedio & sine labore immo regit cū cōsonantia: vt patet in cūctis tēperatis motibus corporis: & maxime linguę q̄ melos cōiter gratos facit Isto mō dicebat diuus doctor Aug. lib. de spū & aia. Aia est substantia quædā rōnis particeps corpori regēda ac cōmodata. Et Remigius. Aia est substātia incorporea regēs corp⁹ Diogenes dixit aiam esse aerē: & sic a se fuit motus eo q̄ homo nec per momentū sine aere viuere pōt. Quomodo etiā dicit Isido. lib. j. Etymol'. ca. j. q̄ gentes dicebāt aiam quasi

Cōmenta ātiq̄rum de anima.

ventū aere attractū: vt ventū videk hoibus dare vitā: tn̄ spiritussanct⁹ coegit sic dicere ex aiæ summa puritate: sicut dixit Arist. iij. de aia. q̄ aia est sicut tabula rasa in qua nihil est depictū. Hyparchus dixit. Aia est igneus vigor. Et Virgil'. Igneus est illis vigor & cœlestis origo seminibus. hic tetigit eius effectum scilicet semper amare. Ait em̄ venerabilis Hugo de sancto Victore in pri. de arrha aiæ. Scio o aia q̄ vita tua dilectio est: & scio q̄ sine dilectiōe esse nō potes. Hipocrates dixit aiam esse spiritū tenuē per oē corpus dispersum. hic tāgit eius incorpalitatē & modū existēdi in corpore: quia est tota in toto: & tota in qualibet parte. Itaq̄ nō est in vno loco corporis solū: sed vbiq̄. Et aia vndecūq̄ sentit sicut in parte. Exemplū ponit Calcidius super Timeum. de aranea quę sedēs in medio suę telę quantulūcq̄ motū est vn decunq̄ sentit & ertā existens extra mediū. Pamphilomi⁹ dixit aiam esse ideā. hic tāgit aiæ capacitatē: q̄a scilicet aia cognoscere apta est: & ex hoc cōuincitur in se habere oim rerū similitudines: vt Aristo. deducit in. iij. de aia. vñ diuus Aug. in de spū & aia inquit. Aia est oim rerum similitudo. Et iterum. Aia ad similitudinē totius sapiētiæ facta in se oim rerū geritꝭ similitudinē: quia silis est terrę per sensum: aquę per imaginationē: aeri per rōnē: firmamēto per intellectū: cœlis cœlor̄ per intelligentiā: lapidibus per essentiā: arboribus per vitā: aialibus per sensum & imaginationē: angelis per intellectū: deo per intelligentiā. Ex his patet q̄ philosophi nondū inuenerūt qd est qd⁹ deus operatus est ab initio vsq̄ ad finē: sed solus spūssanctus docet q̄ est facta ad imaginem & similitudinē dei. Genē. j. hæc Io. dñici.

Liber ꝟ non est Augustini.

§. I. DIFFINIRI ERGO VEL DE

Diffinitio aiæ.

scribi sic posset aia rōnalis ſm theologos a spūsancto illustratos. Aia est substātia incorporea immortalis a deo de nihilo creata cū infundit corpi suo ad tpm informādū essentialiter & per se ad perfectā beatitudinē obtinēdā p grām & bona opa. Incorporea dr̄ cōtra ꝑdictos ꝓs q̄ dixerunt eā esse corpus vt aerē vel ignē qd⁹ ꝓ hereſi reprobat. xxiij. q. iij ca. peñ. Immortalis dr̄ cōtra illos qui eā dixerūt cū corpore mori. In ꝓsona quor̄ dr̄ Eccl's. iij. Vn⁹ est interit⁹ hois & iumentor̄: & equa vtriusq̄ cōditio. sed hoc vhereticū ab ecclesia cōdemnat. vt pater. Creata dr̄ cōtra Gnosticos hereticos q̄ dixerūt aiam esse naturā dei: & ꝑ ꝓs non creaturā: quor̄ error reprobat in. d. ca. xxiij. q. iij. A deo creata cōtra Simoniacos & Menādrianos inter hereticos cōputatos: dicentes aias & alias creaturas ab angelis factas. De nihilo dr̄ cōtra eos qui dixerūt factā ex substantia stellari: vt Heraclitus vel extraduce. i. aia generati ex aia generantis cū generatur corpus: sicut & corpus generat ex corpore. Cū corpori infundit: cōtra Origenianos qui dixerūt oēs aias ab initio mūdi creatas fuisse & peccasse: & ſm varietatem pctōr̄ in diuersa corpora infundi: quod hereticum ponit in. d. ca. xxiij. q. iij. Ad informandū corpus dr̄ cōtra eos qui dixerūt aiam corpori vniri nō vt forma substātialis: sed vt motor mobili: qd⁹ reprobat de sum. trini. & fide catho. c. vnico. in cle. vbi determinat q̄ aia intellectiua p se & essentialiter est forma corporis humani: & ꝓtrariū asserere hereticū. Rōnes ibi assignat glo. Io. quas accepit a btō Tho. in. j. par. sum. q. lxxvj. Ad beatitudinē cōsequendā dr̄ cōtra eos qui dixerūt aias cōuerti in dæmones vel q̄cunq̄ aialia. qd⁹ reprobatur xxiij. q. iij. c. peñ. circa fi. Et p gratiā dr̄ cōtra Pelagianos hereticos: q dicūt p liberū arbitriū principaliter cōseq̄ posse btitudinē. xxiij. q. iij. c. peñ. & quia gratia cū nullo mortali pctō pōt inueniri: ideo decedētes in mortali ꝓsequi nō pñt btitudinē: sed eternā dānationē. dist. xxv. §. als aūt ea. Mat. xxv. Ibunt hi in suppliciū eternū: iusti aūt in vitā ętrnā.

§. II. ET PRO MAIORI DICTO

quadruplex est finis aię

rum declaratione sciendū q̄ finis ꝓpter quē aia rōnalis est creata est quadruplex. Primus est adimpletio volūtatis diuinę. Illud em̄ qd⁹ vult oportet impleri. sed ſm Pō. Oia quecūq̄ voluit deus fecit. Et quia sic voluit ita fa. ctū est. ait Amb. & apls. ſ. Tim. ij. deus vult oēs hoies saluos fieri. Cū ergo voluerit creaturā rōnalē facere: q̄a fecit qd⁹ voluit: ergo facere oportebat: vt impleret volūtas sua. Sed a rō finalis est reparatio ruinę angelicę. Venit em̄ christus ſm apl'm reparare q̄ in cœlis & q̄ in terris sunt. Et in Pō. Iudicabit in nationibus. ſ. dñs implebit ruinas. Etiā q̄uis angeli mali reparari nō possint in se: & boni angeli non egeant reparatione in se: tamen dum loco lapsor̄ angelorum hoies creati assumuntur:

assumuntur: crescit gaudiū eor̄ ex numero fruentiū: & sic dicunt reparari. Tertia rō q̄ incidit cū sed'a est congratulatio vel delectatio societatis mutue. ſ. in multitudine cōsortij angelor̄: sicut em̄ minuebat numerus fruentiū p numerum lapsor̄ angelor̄: ita augek delectatio p numer̄ hoim saluādor̄. Vñ & gaudiū est in cœlis sup vno pctore pœnitē tiam agēte. Lu. xv. Quātus em̄ sit numerus p̄destinator̄ est circa hoc triplex opinio. Quidā em̄ dicunt q̄ tot hoies saluabunk quot angeli ceciderunt. Alij q̄ tot saluabunk quot angeli creati sunt & boni & mali: sed melⁱ⁹ & verius dr̄ q̄ soli deo est cognit⁹ nūerus elector̄ in superna fœlicitate Iocandus ſm Greg. in collecta. hęc btūs Tho. in. j. par. q. xxiij. Quarta rō creationis aiæ est p̄miatio ipsius. Vñ magr̄ in. ij. sen. dicit: q̄ deus secit rōnalē creaturā vt summū bonū intelligeret: intelligēdo amaret: amādo possideret: & possidendo frueret. Et Augu. dicit. q̄ aia rōnalis creata est vt deū videret: amaret: laudaret: & ei seruiret. Ita q̄ videre pertinet ad actū rōnis: amare ad actū volūtatis: laudare ad actū sermonis: seruire ad actū operis exterioris: vt istis oīb⁹ fiat ꝓtestatio primæ veritatis: summæ bonitatis: immēsæ maiestatis: æternę fœlicitatis. Hæc Alex. ij. p. & post eū Rayne.

soli deo nūerus saluandor̄ est cognit⁹

¶ De immortalitate animæ. Cap̄. v.

DE IMMORTALITATE A

Cognitio itellectus & sensus.

nimæ rationalis: quā q negant asserētes cū corpore mori hæretici declarantur esse. xxiij. q. iij. ca. peñ. Hor̄ errorem ponit sapiēs Sap. ij. recitās dicta eor̄: vt illud. Ex nihilo nati sum⁹: & post hoc erimus quasi nō fuerimus &c. postea in inferno afflicti fatenk se erasse. Sed aiam nostrā esse immortalem multiplici ratione: innumerabilium attestatione exemplor̄: & reuelatione: ostensione: efficacissime comprobatur.

Aiam cē immortalē patet ex multiplici rōne.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

quar̄ prima est ex rōne diuinæ libertatis. Amicus em̄ pui det amico suo oē bonū qd⁹ pōt: vt ostēdit philosoph⁹ in li. Ethi. Deus ergo cū oipotens sit: & seruos suos amicos vocet eis de vita fœlici & perpetua qd⁹ facere pōt: & hoc est maximū bonū. Sed'o ꝓbat ex dei equitate. Cū em̄ de⁹ sit iustus: nec patiat aliquod bonū irremuneratū: sicut nec aliquod malū impunitū: quod dicitur iustitia: hic vt videk ad sensum mali frequenter ꝓsperank: vel nō puniunk ad sufficientiā: boni ꝙo deprimunt: vt in pluribus: vel non remunerantur ad sufficientiā: ergo oportet aiam esse immortalē: vt in alia vita remunerēt: vel puniat ad plenū ſm ea q̄ gessit in corpore. & hoc tāgit de pœ. dist. iij. q. d ergo turbamur. Tertio hoc declarat ex dei infallibili veritate. Cū em̄ verax sit mēturi nō pōt: ꝓmittit aūt seruis suis vitā æternā dicēs. Ego vitā æternā do eis. ſ. oūib⁹ meis. Io. x. Cū ergo corpus corrūpat: vt patet: necesse est aiam esse imortalē q̄ recipiat vitā ętrnam. Btūs Tho. in. j. par. q. lxxv. ponit duas rationes. Et prima est: q̄a corruptio nō inuenitur nisi vbi inuenitur contrarietas. Generationes em̄ ex contrarijs in contraria sunt. Vnde corpora cœlestia quia nō habent materiam contrarietati subiectā incorruptibilia sunt. In anima autē intellectiua non potest esse aliqua cōtrarietas. Recipit em̄ ſm modū sui esse: ea ꝙo q̄ in ipsa recipiunt sunt absq̄ cōtrarietate: q̄a etiā rōnes ōrior̄ in intellectu nō sunt ōrię: sed vna est scia ōrior̄. Impossibile est ergo q̄ aia humana vel intellectiua sit corruptibilis. Alia rō est: q̄a vnūqd⁹q̄ suo mō eē desiderat. Desideriū aūt in reb⁹ cognoscēnibus sequit cognitionē. Sensus aūt nō cognoscit eē nisi sub ꝟ & nūc. Sed intellectus apphēdit eē absolute & ſm oē tps. Vñ oē hīs intellectū naturaliꝫ desiderat esse semp: naturale autē desiderium nō pōt eē inane. Ois igit̄ intellectualis substātia est incorruptibilis. Et si dicak q̄ oē qd⁹ est ex nihilo est ꝙtibile in nihil: q̄a finis debet rndere principio: sed aia creata est ex nihilo: ergo dr̄ corruptibilis. Rndet. b. Tho. q̄ cū dr̄ aliqd⁹ ꝙtibile in nihil nō importat in creatura ad nō esse potētia: sed in creato re potētia ad ꝟ q̄ esse nō influat. Dr̄ aūt aliqd corruptibile p ꝟ q̄ inest ei potētia ad nō esse: & sic nō est in aia hæc potētia: vñ nō corruptibilis sed incorruptibilis est. Dñs Io. dñi ei sup Ecclesiastē inducit plures alias rōnes ad ꝟ. ꝓbādū: & exinde auctoritates. Et prima est: q̄a nihil est qd⁹ nos discernat a bruts & mutis: nisi religio & cognitio summi dei. Igitur ad fruēdū summo aia nr̄a creata est: hęc rō demōstrat in

ductiue: qm̄ oē aial id cognoscit & solū qd⁹ ad ei⁹ vsum spectat. alm⁹ aūt nō cognoscit aurū nec margaritas: q̄a ad eius vsum facta nō sunt: & sic discurrendū p singula. Igit̄ si deū cognoscere in hac vita cōtinue laboram⁹: natura nos docet ad hūc finē factos esse. Ex hoc argumēto Lactā. li. vij. instit. de vita hā plures elicit rōnes. Sed'o nihil est qd⁹ vrak elemē to cœlesti nisi hō: igit̄ hō ad cœlestia tēdit: & nō corp⁹ qd⁹ ī terra reuerrik p mortē: immortalis est ergo aia q̄ illuc aspirat. Ista cōsequētia videk satis bona in materia inductiue: cūcta aialia sibi silibus nutrianꝭ & vtanꝭ vt etiā in li. de nutrimēto & nutrito dr̄. Ancedēs satis patet: q̄a nullū aial igne vtik nisi hō. Et si dicis ꝙ q̄a canis & cara comedūt cocta. Rn̄. q̄ hoc agūt ꝓter suā naturā: q̄a ita bn̄ comederēt cruda: & comedūt & libētius q̄ cocta. sed sunt insatiabilia aialia: & capiūt q̄ sibi dank cū aliūde habere nō possint. Hō ꝙo ex oppositō libētius q̄ igne cocta sunt comedit: immo nobis vē impossibile sine igne viuere. Licet Pli. iunior. lib. vj. c. xiij. dicat q̄ in pte oriētali qbusdā gēt̄ib⁹ vsus ignis fuerit ignotus vsq̄ ad tps Ptolemei regis Aegypti: tunc ei primo ignē habuerūt. Verum est q̄ ex dictis in illo. c. credo illos nō esse hoies. Cū igit̄ loc⁹ ignis sit in cœlo: vt patet: oim ꝓsensu & experimēto q̄ sol⁹ hō vtik igne: cōstat sic nos natura docēte vt ꝓ cœlo facti sim⁹. Vide de hoc etiā Lactā. vbi. ō. Tertio sic ꝓbat. aut aia est immortalis: aut hō insolicior est cūctis creaturis. Sed'a pars nō est ẏa vt cōstat manifeste: ergo aia est immortalis. ꝓbo cōsequentiā. Nā ois res facta est ad aliquē finē: & cū adipiscit̄ q̄scit in eo. Hoc patet inductiue Ignis fact⁹ est vt sit in loco supiori: iō inferi⁹ existēs mouet sursum vt illuc ascēdat: cū aūt est vbi esse debet: q̄scit. Lapides loc⁹ est & finis petere cētrū: & rādiu laborat q̄ possit accedere: & cū ibi est q̄scit: & nullū motū habet & alibi nō q̄scit nisi violēter teneat. Hoc idē cōsidera in bruts aialibus Canis bn̄ past⁹ q̄scit: & nil vltra q̄rit: q̄a ei⁹ finis est viuere: & sic de oib⁹ alijs. Oīa igit̄ aialia & alia nō rōnabilia suū finē q̄runt: & tūc q̄scunt q̄n in sua pfectione cōsistūt. Hois aūt anim⁹ in hac vita nūq̄ q̄scit: licet corp⁹ q̄scat in somnis bene pastū: aia tn̄ intus existēs est semp in motu: qd⁹ declarant cōtinua somnia. Igit̄ cū nūq̄ aia sit q̄eta & cōtenta: sed oportet q̄ vlteri⁹ q̄rat: necesse sequit q̄ vel ad aliū finē facta est: & sic est immortalis: vl' miserrima est: q̄a nūq̄ suū assequit finē: qd⁹ fuit sed'a pars antecedētis. Hæc rō fundat ex dictis deuoti Bern̄. lib. de cōtemptu mundi. vbi ait. Aia rōnalis ad imaginē dei facta cæteris oībus occupari pōt: repleri oīno nō pōt. Capacē em̄ dei quicqd minus deo est nō implebit. Hinc est q̄ naturali desiderio oēs quidē summū bonū appetere ꝓbant: nullam nisi eo a depto requiē habituri. Quarto & vltimo deus & natura nihil frustra operank cum igitur videamus nos aliqua summe amare quę ad corpus nō possunt aliquo modo spectare nec ꝓdesse: sequitur q̄ alia est vita q̄ corporis: & ad aliud facti sumus q̄. ꝓ corpore tm̄. hoc pater. Nā nos desideramus scire & sapere: quæ potius afflictionē dant corpori q̄ delectationē. Nos desideramus famā q̄ corpori nihil ꝓdest: imo naturaliter nos cōmēdamus hoies virtuosos: q̄ refrenāt corporales motus & delectationes: atq̄ naturaliter approbam⁹ meliorē vitam esse q̄ sit corporalis: & hec vnusquisq̄ pōt in se intueri cū aiæ desideria cogitabit. Hæc rō fundat ex dictis Torquati Boe. ij. de cōsol'. ꝓsa. ij. vbi ait. Inserta est mētibus hoi m naturaliter verum summiq̄ boni cupiditas. Et de hoc Lactan. diffuse vbi. ō. vbi ad hāc materiā plures persuasorias rōnes facit. Pōt induci & quinta ratio talis. Oē quod est corruptibile quanto magis inueterascit tanto magis deficit in virture & robore suo: vt patet in corpore humano quod cū antiquatur est magis debile q̄ prius: quia tēdit ad mortē. Sic & potētię sensitiuę q̄ sunt affixę organis corporis: vt visus auditus: memoria: & hmōi deficiunt paulatim: & tāto magis quanto quis plus senescit. Si ergo aia esset mortalis similiter etiam diminueretur virtus eius in potētijs: quæ nō sunt affixę organis corporis: vt intellectus & voluntas: sed hoc nō est immo cōtrariū: quia tanto quis perfectius intelligit quanto plus viuit: ꝓpter quod dicit Iob. xij. In antiquis est sapientia: & in ſmulto tēpore prudentia.

Probat testimonijs antiquor̄

§. II. SED QVONIAM PLVS

hodie valet apud malū vulgus auctoritas antiquor̄ q̄ per suasionū veritas: q̄d antiq de hac immortalitate aiæ senserunt aliqualiter videamus. Primo nāq̄ volumus a poetis tiquor̄ incipere in quibus est magis dubia veritas: nihil videntur aię im-

Universidad de Deusto
Biblioteca

morta-liras & fris: & coelis in ḡbus aiæ defunctoꝝ ꝓ qualitate meritoꝝ & demeritoꝝ collocanť: vt patet oi intuenti. Et principaliť Virgil'. in li. Enei. & Sen. fere in cūctis tragœdijs: & q̄ minº dixit in tine magni operis cōclusit. Morte carēt aiæ &c. Qui. xv. Meta. introducit deū de aia Herculis loquētem & ait. Extremum est ſra me qd' trāsit & inexpers atq; immune necis. Inde per historicos etiā trāseundū sub breuitate est qui alioꝝ facta describunt. Sall. em in lib. de repu. inquit. Natura diuitiaꝝ & famę gloria fluxa atq; fragilis est: virtus clara æternaq; habetur. Igitur p̄clara facies magnę diuitię adhuc viscorporis & oia alia adhuc breui dilabunť. Ingenia & egregia facinora sicut aia immortalia sunt. Itē idem in Catelinario in vna oꝝonū Iulij & Caro. de pœnis aiaꝝ separatarum disserit Iulius Cesar. Valerius maximus qui eque vt Sallu. fuit Romanus scriptor in .ij. li. c. j. Indos meminit: quoꝝ sceminę certāt mori cū maritis vt alia vita cū eis fruanť. Item ibi pauloante. immortales esse aias mos Gallorum approbat qui pecunias mutuatas apud inferos recepturos se sperant. Deinde dicerē stultos nisi idē brachati sensissent qd' pallias tus Pythagoras credidit. Idē li. iij. c. xx. & xxxiij. vbi clare hoc ponit. Idē vt patet in .j. ca. de miraculis & somnijs. Item Luca. Cordubēsis historicus nō poeta hoc in pluribº libris testať. Magni viri hoc idē tenuerunt: Pagani tñ quia alios nō noiabo, p̄ ista materia. Didymº nāq; rex Brachmānoꝝ ad Alex. mag. sic scribit. Quapropter nimiū vecordes vos & miserabiles iudicamus: q̄ originē vestrā esse cœlestē nō suspicatis magnāq; cū deo hre cognationē. Et iterū in alia epla. Nos nō sumus incolę huiº mūdi: sed aduenę: nec ita i orbē terraꝝ venimus: vt in eo libeat cōsistere sed trāsire: ꝓperam º em ad larē patriā nullis delictoꝝ pōderibus grauati: nulla qdē cōscictię fŕote, pgredimur: vt expediti ac faciles spatiū, ppositi decurramus itineris. Item Cyrus maior rex cū veniret ad mortē cōuocans filios suos vt recitat Tullius in li. de senectute. & Xenophon phs scribit: sic ait. Nolite arbitrari o filij charissimi mihi me cū a vobis recessero nusq; aut nullū fore: nec em dū essem vobiscū aim meū videbatis: sed eū esse in hoc corpore ex eis rebus quas gerebā intelligebatis: eundē igit esse credite & si nullum videritis.

Aiæ immortalitas ꝓbatur p hi storicos.

Assertiones morali um de immortalitate animaꝝ

Vltimo ad phos morales transeamus. Trimegistus Mercurius maximus Grecus ad Esculapiū sic scribit. Ois humana aia est immortalis. Itē ibidē loquēs de hoie. Cum itaq; aiad uerteret deus eū nō posse oim rerū esse diligentē nisi eū humano cōtegeret tegmēto: texit eū corporea domo. Taleſq; oēs esse præcepit ex vtraq; natura in vnum cōfundens misceńsq; quantū satis esse debuisset. Itaq; hoiem cōformat ex aia & corpore. i. externa & mortali natura: vt aial ita cōformatū vtriq; suo origini satisfacere posset: & mirari atq; ora re cœlestia: & incolere atq; gubernare terrena. Itē Lucretius qui aliqñ videť sensisse oppositū tādem hos versus compo suit. Cedit idē retro de terra quod fuit ante. In terrā: sed qd' missum est ex etheris oris: Id rursum cœli fulgentia rēplare ceptant. Itē Tullius lib. quē de somno Scipionis edidit parum post principiū sic ait. Cōstat certū esse in cœlo diffinitum locū vbi beati euo sempiterno fruanť. Et sequiť. Hi vinuunt q̄ e corporū vinculis tāq; e carcere euolauerūt. Vestra vero q̄ dī vita mors est: & multa similia in eodē lib. Itē Cato cupiditate vitę immortalis seipm peremit vt ad cœlum ascēderet aia eius: vt ait Lactan. lib. iij. Itē Quintil'. ca. iiij. ait. Si quis sciat qs sit finis bonoꝝ: quæ vera fœlicitas: nunq; sibi videbit priuatura morte periturus. Item Anneus Sene. lib. de morte immatura aperte hoc ꝓfitet. Itē lib. de naturalibus q̄stionibus in princi. Itē in epla. iiij. an epla. v. & vbi inquit. Stoici estimāt aiam hois pōdere magno &c. & concludit itaq; de illo. s. aio: an possit immortalis esse hoc quidem certū habeť ibi diffuse & bene. Itē in .xcvij. loquens de Scipione ait. Aim qdē eius esse in cœlo ex quo erat persuadeo mihi. Idē ad Lucillū epla. cij. Iam disce Lucille q̄ sit naturale in immēsum mentē suā extēdere. Magna & generosa res est a ius humanus: nullos sibi poni nisi cōes cum deo terminos patitur. Aliqñ tibi naturæ arcana deregentur: discutientur cę ista caligo: lux vndiq; clara pueniet &c. Lege astrologos etiā Paganos ſm quoꝝ opiniones Amb. Macro. super de somno Scipionis ad hāc sententiā reducit. Duę sunt portę in zodiaco. s. duo tropici: videlicet capricornus & cācer: per quas animæ nostrę descēdunt de cœlo: & post mortem corporū eaꝝ ascendūt. Descendunt quidē per cancrū: & ideo dicitur porta hoim: ascendūt per capricornū: & ideo dicitur porta deoꝝ: ga naturā immortalitatis deoꝝ hinc assequuntur. Dicit ergo cū descēdēdo veniūt ad leonē cōditionis futuræ auspicanť exordiū: per cętera vero aialia q̄ sunt signa zodiaci trāseuntes: perdūt cognitionē seu obliuiscūtur eoꝝ quæ habebant in cœlo quasi ebrię ex visis diuersis. Verū cum aia venit per saturnū acquirit rōnis naturā & intelligentiā. In Ioue vim agendi. In Marte animositatis ardorem. In sole sentiendi opinandiq; naturā. In Venere desiderij & voluptatū motus. In Mercurio, pnuntiandi & interpretandi vigorē. In luna plantandi & augurādi. Sic demū vt dicunt post mortē corporis p̄ easdē reuertiť vias & signa Medici similiter hoc docuerūt. Galenus in lib. de spermate inquit. Sicut lux solis q̄ incorruptibilis est complēs suum hemisphęriū nullā partē decisionē vel diuisionē: sic & aia quæ incorruptibilis est. Itē in eodē. sicut etiam lumen solis qd' incorporale est ab aere & ab oi intelligentia oculoꝝ separatur sine corruptione: sic aia quæ incorruptibilis est sine corruptiōe a corpore. Descēdo vltimo ad naturales phi losophos. Pythagoras aūt vt ait Hiero. j. cōtra Iouinia. dixit primus apud Grecos immortales esse aias: qui etiā dixit aias descēdere de cœlo. vt. s. astrologi dixerunt: & ideo lac primo sugere: ga p lacteū circulū trāsit descendēs: & est ibi initiū imperij infernalis dñi: & supra totū ptinet ad deū. vt recitat Macro. vbi. s. Itē Empedocles qui dixit futuræ fœlicitatis appetitu nihil esse fœlicius. vt ait Aristo. lib. de vegetabilibus. amore immortalitatis habēdę sei ipm in ardentis ętern̄ę specu proiecit: vt testať Lactan. lib. iij. Itē Plato in timeo ait post ome corpus aias in sinu patris ętern̄i reuerti. Et ideo lib. ij. dicit tot aias esse quot stellæ & leges immortalitatis habere. Itē satis altū cōscripsit volumen quod Phedron appellauit: qui fere totº est de immortalitate aiæ: vbi de pœnis inferni satis disserit. Irē Diogenes dixit se descensurum ad infernū per mortē: & cupiditate immortalitatis seipm occidit: vt dicit Hiero. cōtra Iouinia. & Lactā. vbi. s. Item Archita Tarentinus mentē nostrā dicebat diuinū numen: testante Tullio lib. de senectute. Itē Aristo. in plurib º locis immortalitatē aiæ cōfiteť. Nā in .ij. de anima. dicit ꝙ aia separatur a corpore quēadmodū perpetuū a corruptibili. Itē, pmisit se factur̄ librū quomodo aia separata a corpore intelligat: vt bñ ostēdit noster magister Alber. ij. de aia. digressione .iij. super. c. j. Itē in lib. Ethic. taliter fœlicitatem describit: vt cōstat intuēti ꝙ impossibile est eam haberi in hac vita. Ex quo sequitur vel eum nescisse quid diceret: vel aiam immortalē ſm eū esse. Item in lib. de pomo: si tñ eum fecit: determinat clare aiam immortalē. Itē Apuleius Platonicus in lib. de deo. Socratis ait: hoies ratione plaudētes: oratione pollētes: immortalibus animis gaudentes &c. Itē Plotinus phs dicebat: vt ait diuus Augu. lib. ix. de ciui. dei. c. xvj. fugiendū esse ad clarissimā patriam & ibi patere oia. Itē Xeno phs vt refert Sene. in epla quadā: dicebat mortem esse gloriosam: & ideo se interfecit: vt post mortē beatus viueret: sicut testať Lactā. vbi. s. Item Porphyrius sicut testatur Galenus vbi. s. Nō est mirū inquit aiam: quæ substantia incorporea est: posse separari a corpore cū ignis qui est substātia corporea corruptibilis a lignis qbus est cōiunctus: possit separari & reuerti in suā materiam sine sui corruptione. Hæc dicta sufficiant ad hāc materiā: vt qui nō vult esse christianus: sit vel rōnalis hō vel poeta: siue ciuilis aut orator vel moralis: sit astrologus aut medicus vel phs naturalis: & nō bestia vel brutū aial: & quācūq; secta intraverit visa aia immortali reuertať ad christū q̄ eū beatificauit p̄cedētibus bonis operibus &c. Ex sacra scriptura innumera sunt testimonia: sed duo sufficiūt. Dan. xij. dī. Qui in puluere terrę dormiūt euigilabūt: alij in vitā ętern̄ā: alij in opprobriū vt videant semper. Mat. xxv. Ibūt hi in suppliciū ętern̄ū: iusti aūt in vitā ętern̄ā. Aug. xiij. q. ij. tps. Tēpus qd' interpositū est inter hois mortē & vltimā resurrectionem: aias abditis receptaculis cōtinet prout vnaquęq; digna est requie: vel erumna pro eo qd' sortita est in carne dum viueret. & Grego. q. e. c. aię. Aiæ defunctoꝝ quattuor modis soluunť. s. a pœnis purgatorij &c. Aug. vlt. de ciui. dei. c. xxvij. ait. Singula q̄dā dixerūt Plato atq; Porphyrius q̄ si inter se cōicare potuissent: facti essent fortasse christiani. Plato dixit sine corporibus aias in æternū esse nō posse: ideo em dixit etiā sapientū aias post quantūlibet longum tēpus tñ ad corpora redituras. Porphyrius autem dixit aiam purgatissimam: cū redierit ad patrē ad hæc mala mundi nunq; reddituram &c. Itē Diony. iij. c. de diui. no. dicit ꝙ humanę aiæ ex bonitate

Aiæ immortalitas ꝓbat per astrologos.

Sacra scriptura dicit aiam immortalem.

bonitate diuina habent ꝙ sint intellectuales: & ꝙ habeāt substantialem vitam inconsumptibilem.

Probat exēplis aiæ immortalitas.

§. III. PROBATVR DEMVM IMmortalitas aiæ ex multis exemplis. Apparuerunt em Iudę machabeo Onias summus sacerdos defunctus: & Hieremias propheta: qui multo tpe ante migrauerat: ad animā dū ipm, pmittēdo victoriā: vt habeť .ij. Machab. c. vlti. Historia quā christus narrauit Iudæis de diuite epulone sepulto in inferno: & Lazaro quiescēte in sinu Abraæ: ostendit clare aias immortales: & ſm opera in futuro recipere. Luce. xvj. Iuuenis quidā resuscitatus a Ioāne euangelista narrauit gloriā regni paratā bonis: & tormēta varia inferni, p malis: vt pater in eius legēda. Tres mortui resuscitati ad sepulchrū Hieronymi: narrauerūt multa de gloria paradisi: pœnis inferni: cruciatibº purgatorij: Vt patet de miraculis eius. In .iij. dialogorū multa exēpla habes ostēdentia præmi vel pœnā animarū i alia vita: & p cōsequēs immortalitatē earum. Beata Hagnes cū magna comitiua sanctarum apparuit post mortem Cōstantię filiæ Cōstantini: vt narrat Amb. Agatha quoq; Lucię & Per. & Pau. Dñico sanctissimo: & innumera hmōi. Stendū tñ q̄ cum mors nō sit aliud q̄ priuatio vitę: sicut in aia pōt cōsiderari triplex vita. s. naturæ, gr̄æ, & gloriæ: ita & per oppositum triplex mors. Sed ſm primā vitā q̄ nō est aliud nisi pmanētia eius: sic est immortalis iuxta illud Trimegisti. Ois aia immortalis est nisi quis appellet mortē quācunq; mutationē etiam per effectū: sic em & aia mortalis est: ga murabilis: ac etiam angelus. Vnde apls de deo qui oīno immortalis est: dicit Qui habet immortalitatē solus. Sed ſm vitā gratiæ qua mediante deus inhabitat animā spūalem vitā ei conferens: sic aia morit per pctm mortale: q̄ mors nō est aliud q̄ subtractio gr̄æ. Sicut em corpus nō viuit aia absente: ita nec aia nisi deo presente. s. per gratiā. vt di. Aug. de pe. dif. j. porro illi pecccauerit ipsa morieť. Sed ſm tertiā vitā quam habet aia in gloria ſm illud ad Rom. vj. habetis finē vitā ętern̄ā: morit aia dum in ętern̄ū ea priuať per damnationē. de qua morte christus Io. viij. Si quis sermonē meum seruauerit: nō videbit mortē in æternū. Vnde & Stephanus papa hortať quēdam vxoricidā vt deserat sęculū & intret religionē dicens. Si forte ignoscat infinita misericordia dei pctis tuis & refrigeret aiam tuā. s. in bitudine priusq; crucieris perpetuis flāmis. i. nō crucieris &c. xxxiij. q. ij. admonere. Illū cruciatū appellat scriptura mortē. Apocal'. ij. Qui vicerit. s. tentationes nō ledetur a morte sed'a. Et propterea signanter dicit Psal. Mors peccatoꝝ pessima. prima est mala corpori: sed'a aiæ peior est: tertia vtriq; finaliter: & hæc pessima.

triplex ē mors.

§. Timotheū. vj

¶ De vnione animę ad corpus & de multiplici acceptione huius vocabuli.

Capitulum. vj.

DE VNIONE ANIME CVM corpore humano. Cur facta est. Cū aia sit ita nobilis spūalis & immortalis ad imaginē dei: q̄ri pōt quare corpori humano qd' est ita vile materiale & mortale ꝙiūcta est. Quid em est hō ait Ber. nisi sperma feridū: saccus stercoꝝ: cibus vermiū: cuius cōceptus culpa: nasci miseria: mori pœna: & sic in non hoiem vertiť ois hō: qd' dicit respectu corporis. Ad qd' etiā facit illud Iob. xiij. Hō natus de muliere breui viuēs tpe: repletꝰ multis miseriis &c. Ad qd' rndet magister in .ij. sen. dist. j. primo qdē: ga deus sic voluit: & cū volūtas ejus rectissima & sapientissima sit in oībº: nō nisi optime factū est. Vñ & Amb. de pse. dis. ij. oia. Oia quecūq; voluit dñs fecit in cœlo & in terra: & ga sic voluit factū est. Adducit tñ magr sen. ibi duas alias rōnes queniētię. Quarū prima est ad dandū quoddā in hoc exēplū vnionis futurę in patria inter aiam & deū: qua clarissime deus videť: & fruitio perfectissima sequiť. Cū em sit infinita distātia inter deū & creaturā: nā deus infinitus: aia & creatura virtutis finite potuisset hoibus videri impossibile posse vnq; attingere ad illā perfectionē & talē vnionē nisi darē ei aliquod exēplū alicuius cōiūctionis sibi noīe maxime distantiū: qd' fit in ꝙiunctione aiæ cū corpore. Nā nulla, pportio est inter aiam & corpus. nā aia spūalis: illud materiale. aia immortalis: illud mortale. aia inuisibilis: illud visibile. illa nobilissima filis angelis, ppter intellectū: illud spurcissimū sibi ipsi tenebris. Et tñ cū sit tanta disproportio inter ea: in tāta amicitia deus ipsa vniuit vt nunq; alterum vellet ab altero separari: etiā in pfectis viris. Vñ apls. Roma. Nosipsi primitias spūs habētes ingemiscimus eo q̄ nolumus expoliari: sed supuestiri. Sicut ergo potuit deus res ita ij. distātes in tanta amicitia adinuicem ꝙiungere: poterit nul li dubiū & aiam virtuosi illa vnione clare visionis & beatissime fruitionis secū cōiungere: & sic huius rei fiducia figurať. Sed'a rō ſm eundē est: vt aia vnita corpori: sicut ex eo sustinet plura mala & bella. Nā caro cōcupiscit aduersus spiritū. sic inde sibi acquirat resistēdo maiorē coronā. quāto em quis cū pluribus hostibus gerit bellum: & diutius laborat: si victoriā obtinet: tanto gloriosior est triūphus. Homo aūt nō solū impugnať a suo spū vt angelus primº: aut a dęmone vt Adā terrenus: sed ab innumeris dæmonijs: & a passionibus carnis: nō tm semel: sed dū viuit. Ad qd' etiā videtur facere qd' dicit Lactā. in lib. vj. Infti. scilicet ꝙ deus excogitauit inenarrabile opº: vt. s. infinitā multitudinem aiaꝝ crearet quas prior fragilibus & imbecillibus corporibus alligatas cōstitueret: bonū malūq; medias: vt cōstanti bus ex vtriq; naturę virtute, pponeret: ne immortalitatem delicate assequerentur ac molliter: sed ad illud ętern̄ę vitæ ineloquibile præmiū cū summa difficultate ac magnis laboribº peruenirēt. Hæc ille. Pōt tertia rō adduci scilicet ad maiorē pulchritudinē vniuersi: ac ostensionē sapiētię suæ. Nā quanto in ciuitate aliqua sunt plura rerū genera: tanto pulchrior redditur. Tantoq; magis sapiētia artificis maior apparet: quāto plura artificia variata peregerit. Fecit ergo deus gloriosus creaturas aliquas pure spūales vt angelos: alias pure materiales vt elemēta & elemētata cum corporibus cœlestibus. His quoq; addidit creaturā constantē partim ex spūali. s. aiam: partim ex materiali vt corpº sicuti est ois hō. vt dī extra de sum. trini. & fi. catho. c. j. In quo etiā trifario opere vniuersi repsentať mysteriū trinitatis dū vnū vniuersum ex tribus rerū generibus constituit. Vnif autē aia rōnalis corpori eū creať. Creať autē aia quelibet: non a principio mūdi: vt quidā hæretici dixerūt. xxiij. q. iij. c. pe. sed organizato corpore humano concepto in vtero matris & distincto per mēbra: tūc aia creať & creādo corpori infunditur. Vñ Augu. Cōtemplemur factură Ade. In Adā enim exēplū datū est vt ex eo intelligamus: quia ia formatū corpus animā accepit. Nā poterat deus aiam limo terræ admiscere: & sic corpus formare: sed rōne infirmabatur: infirma batur glo. i. destituebatur: quia primum oportebat domū cōpaginari: & sic habitatorē induci. Aia certe: quia spiritus est: in sicco habitare non potest: ideo in sanguine sertur habitare: cum ergo lineamenta compacta nō fuerint vbi erit anima. xxxij. q. ij. Moyses tradidit.

Cor. v

Aia nō pōt habitare i sicco.

§. I. DE MODO VNIONIS ANImæ cū corpore. Nota ſm Vincē. in Specu. historiali. ꝙ aia pōt cōsiderari prout est substātia: & sic ꝓprie dicit aia quasi animās & perficiēs corpus. Et ſm hoc est in eo sicut perfectio in suo pfectibili sicut forma est in materia. Vñ destructo corpore destruitur aia inquātū forma: nō aūt inquātū est substātia. i. spūs. Sic em dī rab a qd' est sine: & menen qd' est defectus: quasi sine defectu: ga nunq; illa substātia deficit. Quod aūt dicit Aug. aiam nō esse in corpore: vt formā in materia: intelligēdū est ſm oēm modū: qa. s. aia separať a corpore ſm ꝙ est substātia: forma vero ſm rem nullo modo separať a materia. Itaq; nō est aia vnita corpori per modum cōtinuationis: ga continuatio terminū habet ſm quē res alteri cōiungit. nec est per totū illud eiꝰ quo continuať. Aia autē est per totū corpus absq; termino & situ. Vñ dicit Augu. ꝙ nō est in corpore sicut vinum in vtre: sed rota toti corpori cōiuncta est. Eadē rōne nec per modū cōtiguitatis: sed nec p modū mixtionis: ga in mixtione oporteret esse partium diuisionē: & ga nō pōt quodcūq; quātocūq; corpori misceri: aia y̆o quātocūq; corpori cōiungit. Sil' nec p modum impressionis. Impressum em nō subsistit sine eo cui est impressum: vt patet in forma impressa statue vel sigillo: sed p modū agglutinationis. Qñ em egrediť vel exciditꝰ semę ab hoie in pueri gnatione: spūs qui dī edificator & artifex simul egrediť: q̄ dispositiones acqrit in corpore priusq; aia infundať: & quasi ad eā recipiēdā habilitat corpus vel coaptat. Sicq; ista duo in vnū glutinar. Sunt aūt vnū nō vt cōtinuū vel indiuisibile: sed vnū rōne: nō quia sit eadē ratio vtriusq; sed ga faciūt vnū cuius est vna rō: s. hoiem. Hæc ille. Fit aūt hæc vnio aiæ quæ tūc de nouo a deo creať in capite. xl. dierum a principio conceptionis quo ad mares: vel

De modo vnionis aię ad corpus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

xlvj. vt notat magr sen. post Aug. in. iij. dist. iij. Et vt dicit Inno. extra de celeb. miss. in quadā. Ad 2ppositionē aūt humani corporis quattor elemēta 9currūt: videlicet terra: aqua: aer: & ignis. Et ad vegetationē eiusdem corpis quatuor humores cōsimiles illis cōueniunt: videlicet sanguis: cholera phlegma: & melancholia. Hæc ibi. Cholera est sicca & calida: & cōgruit igni. Sanguis est calidus & humidus: & congruit aeri. Phlegma humidū & frigidū: & 9gruit aquę. Melancholia frigida & sicca: & congruit terræ. Ex his humoribus habet hō inclinationē naturalem ad aliqua vitia & ad aliquas virtutes & scīētias. Nā cholerici inclinant ad irā: & ad magnanimitatē & fortitudinē. Sanguinei ad luxuriā & ad beneuolentiā & affabilitatē. Phlegmatici ad pigritiā: & incuriā: & mansuetudinē & patiētiā. Melācholici ad despe-
Inclinatiões cōplexionum. ratione & suspitionē: cōpunctionē & modestiā. Quantū ad scientias 9m Io. dnīci in dialo. suo post Alb. mag. cholerici inclinant ad metaphysicalia: sanguinei ad naturalia: phlegmatici ad moralia: melācholici ad poeticalia. His etiā cōgruenter respondent quatuor passiones animi: gaudium sanguini: spes cholere: timor phlegmati: dolor seu tristitia melācholię. Et sicut ex improportione humoꝝ corporis generat in firmitas: ita ex inordinatione passionū infirmitas peccati: quæ tandē inducit mortē. In huius figurā dicitur Lucę. vij. Hi qui portabant. s. mortuum steterunt. hi qui portāt mortuum in aia ex inordinatione passionū sunt gaudiū mūdi: spes lōgue vitę: timor nō valēdi pœnitere vel recidiuādi: dolor aduersoꝝ: quæ ducunt ad sepulchrū inferni. Sed gratia christi cessando a malis reuiuiscit peccator.

§. II. VNITVR AVTEM ANIMA

aīa vnit corpi si bi valde cōuenienter.

humana tali corpori. s. humano valde 9uenienter. Et rō est 9m Tho. in. 3. par. q. lxxvj. qa aīa intellectiua 9m naturę ordinē infimū gradū tenet in substātijs intellectualib⁹: intārum q nō habet naturaliter sibi inditā notitiā ỹ tatis sicut angeli: sed oportet q ea colligat ex rebus sensibilibus per viā sensus vt dicit Diony. Natura aūt nulli deest in necessarijs. Vñ oportuit q aīa intellectiua nō solū haberet virtutē intelligēdi: sed etiā sentiēdi. Actio aūt sensus nō fit sine corporeo instrō. Oportuit ergo aīam itellectiuā tali corpi vni ri q⁹ posset esse 9uenies organū sensus. Oēs aūt alij sensus fundant sup tactū. Ad organū aūt cōuenięs tactus requirit q sit mediū inter cōtraria: quę sunt frigidū & calidū: humidum & siccū: & silia: quoꝝ est tactus apphensiuus. Sic em est in potētia ad cōtraria: & pōt sentire ea. Vñ quanto organum tactus fuerit magis reductū ad 9qualitatē cōplexionis tāto pceptibilior est tactus. Aīa aūt intellectiua habet 9plerissime virtutē sensitiuā: qa q⁹ est inferioris præexistit pfectius in supiori: vt dicit Diony. Vñ oportuit corp⁹ cui vnitur aīa intellectiua esse corpus mixtum inter oīa alia magis
Hō est melioris tact⁹ iter oīa aialia. reductū ad 9qualitatem cōplexionis. Et 9pter hoc inter oīa aialia hō est melioris tactus: & inter ipsos hoīes q sunt melioris tactus sunt melioris intellect⁹. Cuius signū est: quia molles carne hn aptos mentes videmus. vt dr. ij. de aīa. Hæc Tho. Q3uis aūt aiæ humanæ sunt substātiæ incorporeę in se: vt angeli: nō tū sunt singulę diuersaꝝ specieꝝ: vt angeli sed omes aiæ siue vnitæ siue separatæ sunt vnius speciei: & eiusdē pfectionis naturalis: & si nō accidētalis. Q2 aūt vna aīa sit acutior & virtuosior alia: procedit vel ex meliori corporis dispositione & cōplexione: vel ex meliori exercitio: vel ex maiori gratia collata. Vñ Sap. viij. dr. Sortitus sum aiam bonā. In vnione aūt aię cum corpore: aīa ipsa q a deo immaculata creat: maculam cōtrahit originalis pcēi: 9pter qd⁹ videt q nō deceat diuinā sapientiā aiam humanā corpori infundere. Nā nullus sapiens ponit thesaurū suū in loco in quo maculā cōtrahit: sed aīa humana est præciosissimus thesaurus dei: vt pote dei imagine insignita: ergo non decet diuinā sapiētiā aīam ipsam tali corpori infundere ex quo maculā cōtrahit. Sed ad hoc rndetur tripliciter. Primo sic: qa sicut nō esset sapiēs q thesaurū in loco mūdo cōseruabilem poneret in loco immūdo: ita esset valde insipiēs qui thesaurū nō aliter cōseruabilē etiā poneret in loco immūdo & pcipue si emundandi thesaurū possibilitas remaneret. Secundo pōt sic rnderi: q⁹ q⁹is illi q in pcto originali nascūtur sint obnoxij: vt priuētur illa participatione diuinę bonitatis: q in prima btōs efficit: tñ participant facultatē participādi illā. Vñ nō deficit penitus opus dei: pcipue a fine: cū peruenīdi ad finē vltimū nō tollat facultas. Tertio sic rndetur. q⁹ macula vel culpa originalis nō 9trahit ex vnione aīæ ad carnē: sed ex voluntate primi parētis: qui actualiter peccādo per inobedētiā infecit totā naturā humanā: q virtualiter erat in ipso 9m rōnē seminalē. Hæc Tho. sup. ij. sen. dist. xxxij. Et hinc Aug. Traxit ergo reatū. s. creatura nascens: qa vnū erat cū illo: & in illo a quo traxit: qñ illud qd⁹ cōtraxit admissum est. j. q. iij. cā itaq;. Nō obstante ergo in
triplex rōnio nis corporis & animæ. fectione aīæ prædicta decuit deū aiam corpori humano infundere post pēm primoꝝ parentū: & hoc triplici rōne. Et primo ex parte diuinæ 9uidētiæ. Sed'o ex pte diuinæ sapiētiæ. Tertio ex parte ostēsionis diuinæ iustitiæ. Quantū ad primā rōnē clarū est q⁹ nō erat decens q⁹ deus sua opera immutaret ab eo qd⁹ 9uidit & instituit. Tū gavel essent mala rum qa si nō essent mala: rō potuisset ea facere meliora. Sed sic ab æterno 9uidit: & in rpe sic instituit: vt hoies p sexuū 9mixtionē generarent: & q⁹ corpori per coitū seminato aīa infunderet: ergo nō decuit q⁹ deus hoc immutaret. Sed'a rō est ex parte diuinæ sapientiæ: & est talis. nō est sapientis inducere maiorē defectū vt minor defectus euitet: immo eō uerso: sed maior esset defect⁹ si humanū gen⁹ nō multiplicaret etiā sic infectū. q⁹si aię corporibus humanis nō infunderent. Tū qa si nō multiplicaret genus humanū: nō implerēt numer⁹ electoꝝ: cui quodāmō oīa cooperant. Tum qa dimitteret naturalis gnationis 9cessus: q est per cōmixtionē sexus. Tū qa subtraheret oīm rerū gdā gradus. Nā si aia tali corpori nō vniret: oporteret q⁹ oīno aīa nō crearet: vel q⁹ alterius naturę esset: & sic in vniuersō hęc natura nē esset sed hoc nō decet diuinā sapiētiā: qa tūc vniuersum imperfectum esset. Tertio rō est ex parte ostēsionis diuinæ iustitię. Ex hoc em q⁹ aia vnita corpori cōtrahit originale pēm: vñ 9cedit cōcupiscentia & pœnalitates plurimę in punitionē ipsius pcti: qd⁹ vnū fuit traductū ab Adā in posteros: oñdit q⁹ seuere deus peccata puniat. Vñ Zacha. xiij. dicit. Adam
Concupiscētia mes dupliciter consideratur. exemplū meū ab adolescētia mea. Sed scīēdū q⁹ ipsa cōcupiscētia seu fomes dupliciter pōt cōsiderari: videlicet 9ut habet rōnē culpę: & 9ut habet rōnē pœnę. Et primo mō cōsiderando 9ut scilicet habet rōnē culpę inquātū. s. cōcupiscētia est peccatū: & ad peccatū sequēs inclinat: sic talis fomes seu cōcupiscētia nō est a deo sicut pēm actuale. Adā nō habuit deum auctorē: sed propriā voluntatē quæ ex peccato actuali fuit deordinata. Vñ Aug. inquit q⁹ illud quo homo fit deterior nō est a deo. Sed si cōsideret secundo modo 9ut scilicet cōcupiscētia habet rōnē pœnę: sic huius pœnę deus est causa: nō sicut agens vel nō influēs vel immittēs pœnā aliquā: sed sicut nō agens vel nō influens suā gratiā ex qua fomes ordinatus erat. i. sensualitas subdita rationi perfecte Hęc Tho. in scripto. super. ij. sen. dist. xxxij.

§. III. NOTANDVM EST AVTEM

Pœne tpales remanēt post baptismū in homine triplici ratione. q licet p baptismū tollat pœna æternalis: q⁹ debet ex pcto originali pfonę. s. carētia diuinæ visionis: nō tn tollit pœna tpalis: q⁹ debet naturę ex ipso pcto originali cuiusmodi est inordinata cōcupiscētia vel pugna carnis ad spm: fames necessitas moriēdi: & hmōi. Voluit aūt deus istas pœnas remanere post baptismum triplici rōne. Prima est ad manifestandum equitatē vel infallibilitatē diuini iudicij: vt. s. alla snia quā dictauerat de morte Adę & posteroꝝ eius immobilis 9maneret: vnde ab illa snia nemo euadit. Sed'a est ad ostendendū fructū passionis xpi: qa si dns curaret naturā & fomitē: frustra nascerēt immunis a culpa: nec indigeret rege nerari a christo deo. Vt igit oēs passiōe christi se cognoscāt egere data est virtus sacro baptismi a passiōe christi: qd⁹ ad hoc est ordinatū vt pœnas remittat personales: nō naturales: qa remediū respicit personā nō naturā. Tertia rō est ad amplificandū meritū liberi arbitrij: qa hmōi pœnalitates ad bonū multipliciter 9mouēt: licet ei p baptismū nō tollant hmōi pœnalitates: tū p ipm baptismū efficit vt pœnę supradictę remanētes nō dnēnt in psonā: sed magis ei subij ciant: & cedāt in vtilitatē ei⁹ inquātū sunt materia virtutis & occasio humilitatis & exercitij. Hæc Tho. in. iiij. di. iij. & Alex. in sum. par. iiij. Et nō. q⁹ q3uis simpl'r loquēdo melius esset fomitē nō hre q⁹ hre: tñ 9m qd. i. quātū ad aliquē statū hois expedit hoi fomitē hre ne in superbiā elationis cadat: & propter alias vtilitates supra assignatas. Tho.

§. IIII. SCIENDVM AVTEM

Aīa inscriptura mi'ti 9m Hug. cardinalē sup Pō. xxxiij. q⁹ aīa in scriptura sacra sumit multipl'r. Et primo qdē 9 toto hoīe: vt ibi Leuit. v. Si peccauerit aīa. i. homo. & Exo. j. Erāt oēs aię eoꝝ qui egressi sunt de femore Iacob. lxx. Nec em aię solę egressę sunt de femore Iacob: sed cū corporibus. Sed'o accipit 9prie 9 ipsa forma substātiali hois: q⁹ corpus informat & viuificat. Sap. iij. Iustoꝝ aūt aię in manu dei sunt. i. in 9uidētia & 9tectione: & nō tāget illos tormentū mortis. s. ęternę. Tertio 9 potētijs aiæ oibus. vt Pō. cij. Benedic aīa mea dño. Aīa aūt nō operat nisi mediātibus suis potētijs. Vñ quasi se declarans subdit: & pro. i. oīa q⁹ intra me sunt. i. oēs potētię: intellect⁹: voluntas: sensus: noi sancto eius. Quarto accipit 9 aliqua potētia eius: & aliqñ pro potētia vegetatiua. 9m illud. Humiliabā in ieiunio aiam meā. Humiliat em. i. affligitur vegetatiua potētia dū minuit sibi nutrimētū cibi per ieiuniū Et Iob. ij. Cūcta q⁹ habet hō dabit 9 aīa sua. i. vita 9seruāda quę pertinet ad vegetatiuā. Quinto pro potētia sensitiua: vt illud Io. xij. Nunc aīa mea turbata est turbatio 9prie est sensitiuæ partis: & pcipue in christo q illa ỹba dixit nō poterat esse aliqua turbatio rōnis: cū cōprehensor esset, & Lu. xiij. Qui nō odit aiam suā. i. affectus sensuales nō pōt me⁹ esse discipulus. Sexto pro rōne: vt illud Pō. Intrauerunt aq⁹ scilicet tribulationū & tentationū vsq; ad aiam meā. i. rōnē ad suffocandū eā per cōsensum. Septimo 9 intellectu: vt illud Deut. vj. Diliges dnm deū tuum ex toto corde tuo & ex tota aīa tua: & ex oī mente tua. i. ex tota voluntate & intelligentia & memoria. Et Iob. vij. elegit suspendiū aīa mea. i. intellectus meus suspendiū 9templationis: per quod intellectus eleuatur a terrenis: & mortē scilicet vitioꝝ ossa mea. Octauo 9 cōscientia. vt illud Eccl'. xiiij. Iustifica aiam tuā. i. cōscientiā. Nono pro libero arbitrio: vt illud pō. Anima mea. i. liberū arbitriū in manib⁹ meis semp. i. in oīb⁹ meis operibus: qa semp remanet illud ad operādū bonū vel malum. Decimo sumit 9 volūtate. vt Cañ. j. Indica mihi quē
Cañ. v. diligit aīa mea. i. volūtas mea. Et illud. Aia mea liquefacta est. i. volūtas mea remota oī pigritia & frigiditate ad deum currit: vt dilectus locutus est mihi inspirando & gratiā infundēdo in me. Vndecimo 9 intentione. vt illud Iob. xiij. Aiam meā. i. intētionē in manibus meis porto. Nā finis ad quē respicit intētio mouet agentē ad operandū. & Act. iiij. Multitudinis credētiū erat cor vnū. i. volūtas: & aīa vna. i. intētio in dño. Duodecimo pro statu hois vario: 9m illud Iob. xvj. Vtinā esset aīa mea 9 aīa vestra. i. status me⁹ esset vt vester. Cōsolarer & ego vos sermonibus: & mouerē caput meū sup vos: ego em afflictus sum & miser & vos soli
Aīa iferni q⁹ sit. ces: & sic variat status aiaꝝ in illa vita. Tredecimo 9 affectu intēso in bonū vel malū. vt Esa. v. quo ad malū. Dilatauit infernus aiam suā. i. dæmones & dānati: quanto plures descendūt ad dānationē: tanto plures appetunt dānari secū Et ex defectu scīētiæ & cognitionis diuinoꝝ in hoibus crescit affectus & malitia ad decipiendū in demonijs. Secundū istas acceptiones hic tractabitur de aīa. s. de toto hoīe: de ipsa essentia aīæ: & de singulis potentijs eius.

¶ De quidditate hois & eius excellentia. Cap. vij.

LAVDA ANIMA MEA DOminū: laudabo dnm in vita mea. pō. cxlv. Quia in p̄senti vita nō operat aia nostra nisi mediāte corpe cū ois nra cognitio ortum habeat a sensu ideo & corpe & aīa laudādus est: attentione aię & corpis voce. Et vere frequēter debet laudare totus hō: cū in se receperit cōtinentiā mūdi tātę excellētiæ est 9m naturam: vt infra declarabit: qa pars principalis hois est aia & totū aliqñ de-
§. pcedēi pri. noiat a parte principaliori: ideo noie aię intelligit aliqñ totus hō vt dictū est. ū. Et ideo nūc de toto hoīe agendū est.

§. I. DE QVIDDITATE HOMI-

nis seu declaratione ipsius pulchra hæc pōt haberi ex ỹbis Salomonis Eccl's. ij. vbi ait. Quid est hō: vt seq possit regē factorē suū. Vbi primo ponit 9m vnā expositionē inquisitio. ibi. Quid est hō. Sed'o ad hoc respōsio. ibi. vt seq possit &c. Ex qua rnsione eliciuntur tria 9m dnm. Io dnīci super
Quid est hō. Eccl's. vbi hæc oīa ponit quæ. j. ponunt paucis adiunctis.

¶ Et primo homo est libertate prędotatus voluntatis: quia sequi possit. q. d. talis est q⁹ sequi potest.

¶ Secūdo homo est dignitate sublimatus entitatis: quia se qui possit regem vt rex.

¶ Tertio hō est grauitate 9format⁹ vanitati: qa factorē suū. Dū em dicit factorē. memēto te factū ex limo. Et sic subtiliter Salomon de hoie sub breuitate ỹbor⁹ & sensus diffuse. p cedit. Nā vt naturalis rndet de hoie: q⁹ est aīal rōnale per libertatem arbitrij: qa sequi possit. Vt astrologus rndet q⁹ est microcosmus. i. minor mūdus: qa in se cōtinet totius orbis dignitatē: qa regē. Vt ethicus rndet q⁹ est natus de muliere breui viuēs tpe repletē multis miserijs. vñ dicit: factorē suū: qd⁹ dē respectu corporis. Dico ergo primo q⁹ cū quęrit: qd est hō: q⁹ Salomō nō det vt bonus naturalis q⁹ ipe prædotatus est libertate volūtaris: quia seq possit. De hac libertate
Iob. xliij. de liber tate hominis. loquit Iesus filius Syrac. Eccli. xv. Deus ab initio cōstituit hoiem & reliqt illū in manu 9silij sui. Adiecit 9cepta & mādata sua. Si volueris mādata seruare cōseruabūt te: & in perpetuū fidē placitā facere. Apposuit tibi aquā & ignē: ad qd⁹ volueris porrige manū tuam. Ante hoiem vita & mors bonum & malū: qd⁹ placuerit ei dabit illi. Hæc ibi. Hoc aūt liDiffinitio liberi arbitrij. berū arbitriū vt magr sen. ponit in. ij. di. xxiij. c. v. est facultas rōnis & volūtatis: qua bonū eligitur gra assistente: vel malū eadē desistente. Libertas pertinet ad voluntatē: q⁹ sola inter potētias aię libera est. Nā nō pōt intellectus nō intelligere obiectū sibi clare p̄sentatū: nec pōt intelligere obiectum obscure sibi p̄sentatū: nec pōt intelligere qñ vult: & nō intelligere qñ nō vult: aliter diceremus q⁹ aiæ dānatoꝝ possent se beatificare: & maxima pœna est scire se esse priuatum gīa æterna: & scire se esse in pœnis. Si igit aia posset libere intelligere: & libere nō intelligere: sequeret q⁹ aia dānati posset libere intelligere se nō esse priuatā: & sic eadē rō ne posset se intelligere apprehendere deū: & sic esse beatam
De libero arbitrio. Dico igit q⁹ oīs libertas q⁹ est in hoie: est a voluntate & nulla alia. Arbitriū aūt dr rōnis. Rationis est em discernere inter bonū & malū & standū est ad suū arbitrium. Dicit ergo liberū arbitriū facultas rōnis & volūtatis. Et sequit in ipsa diffinitione. Qua bonū eligit &c. Et ex hoc videt q⁹ non sit in nostra potestate facere bonū: quia dicit assistēte gra: gratia em est a deo & est gratis data & gratum faciens. Nam si nō esset gratis data nō esset gratia: sed debitū: igit videt q⁹ nō habemus liberū arbitriū ad bonū: sed ad malū maxime cum determinatū fuerit alibi: q⁹ nemo bene facere pōt: nisi primo moueat a deo. Et sic videt q⁹ respōsio Salomo. sit falsa qui principaliter ponit liberū arbitriū vt sequi possit homo factorē suū: & non dicit vt recedere possit a factore suo. Hic sub breuitate respōdeo q⁹ liberū arbitriū est principaliter tam ad bene operādū q3 ad male operandū in nobis: nā dictū est liberū arbitriū pertinere ad rationem vel voluntatē Involūtate aūt est naturale desiderij sequi & inuenire sum
Libertas arbitrij vñ ē mum bonū: vt al's dictū est: & est per 9nis naturale odiū ad fugiendū malum. Ratio aūt nō habet nisi iudicare quid sit bonū qd sit malū: & nō plus efficit quo ad iudiciū ad vnū q3 ad aliud. Ex quo sequit q⁹ libertas arbitrij fortior est ad bonū q3 ad malū: & ideo sapientissime dixit Salo. vt sequi possit & non vt fugere aut recedere possit. Et vt tibi clarior sit solutio dubij qualiter sit in nostra potestate & libertate
Qualiter aia a deo attrahit. sequi deū & facere bonū quamq3 oē bonū primo a deo moueāte, pcedat. Nota duo familiaria exēpla: quoꝝ primum est diui Aug. super illud Ioā. vj. Nemo pōt venire ad me nisi pater meus traxerit eū: & est tale. Imaginemur vnū piscato rem qui hamo capit piscē: ille ponit hamū & escam: & totū ponit sub aquis. Consideramodo si est in potestate alicui⁹ piscis intrare gremiū piscatoris vel nō. Dicendū est q⁹ non. Nā esto q⁹ piscis capiat escā & hamē: si piscator nō traxerit sursum hamū & piscē: nunq3 piscis extret de aquis nec ad piscatorē ascenderet: sed necesse est vt piscator trahat. Cōsidera sec'o si in potestate piscatoris est trahere ad se pisces cum vult. Et sil'r dicendū est q⁹ nō. Nam si piscator per mille annos traheret sursum hamum: & piscis nō esset affixus hamo nunq3 traheret piscē. Quis ergo ordo est huius. Et primo q⁹ piscator apter hamū inuolutū esca: demum mittat in mare deinde q⁹ piscis sponte veniat & capiat hamū sub esca: postremo ỹo q⁹ piscator trahat piscē. Iam puto q⁹ habeas intētionē. Deus est piscator qui posuit escā suoꝝ: præceptoꝝ in hoc mari magno & spatioso: sub qua esca latet hamus. id est amor. Nā oīa præcepta ad amorē referunt. Ecce ergo q⁹ dē incepit: sed necesse est q⁹ tu sequaris & vadas ad capiēdum escā & amorē: & tūc deus per suū amorē trahet te: si ergo tu nō venis nō traheris: & si nō te traxerit nunq3 ibis ad eū. Bene ergo dicit Salomō cū querit quid est homo: q⁹ ipe est in libertate arbitrij vt seq possit. Ad hoc etiā facit quod Aug. dicit ibidē videlicet. Noli cogitare te inuitū trahi: non em inuitus trahit animus sed amore. Est quædā voluntas cordis tui cui dulcis est panis ille cœlestis. Porro si Poeta dicere licuit. Trahit sua quemq3 voluptas: non obligatio sed
Virgi. i Bucco.

Universidad de Deusto
Biblioteca

delectatio. Quantomagis dicimus trahi hoiem christū qui delectat veritate: delectatur beatitudine: delectat iustitia: delectatur vita ęterna quod totū est christus. Ramū ostēdis oui & trahis eā: nuces ostendis puero & trahis eum. Hinc & Amb. Voluntariū militē sibi elegit christus: voluntarium seruū sibi diabolus auctionat. xv. q. j. nō est. Et in hoc est similitudo ad deū: qui oia operat ſm ꝓpriū voluntatis sine nullo cogente: & homo est dñs actuū suoꝝ.

§. II. DICO SECVNDO QVOD

cū qrit qd est homo: ꝙ noster Salomō respondet vt astrologus: & dicit ꝙ est dignitate sublimitatus &c. quasi velit dicere ꝙ ipse homo est minor mūdus q dr microcosm⁹. Vbi debes scire ſm Tho. super Ioā. in. c. j. ꝙ mūdus est triplex. s. magn⁹: immo maxim⁹: & iste est de⁹: sed's est medi⁹: & iste est mūdus creatus in quo sum⁹ nos. tertius est minor: & iste est homo. Sic puto intelligebat Io. qū dicebat: mūdo erat. i. in seipso: & sic deus est mūdus. Et mūdus per ipm factus est: & iste est de quo Genē. j. In principio creauit deus cœlū & terrā: & mūdus eū nō cognouit. i. homo ad quē spectat eū cognoscere. s. deū: sic etiam videtur Amb. hoiem appellare mundū. dist. xxxv. sexto die. vbi dicit ꝙ per cibos mūd⁹ haberet minui. i. homo per quos defnt augeri. vide ibi glo. Et rationē assignat Damas. in. ij. lib. ga mudus dr hō: ga parti cipat cum oibus creaturis mūdi. propter qd'etiā Greg. dicit in homil'. super illud. prędicate euangeliū oi creaturę. i. hoi qui dicit' ois creatura rōne ꝑdicta: habet em in se similitudinem quasi oim. Vñ Alanus de plāctu naturæ introducens natura sequentē sic ait. Ego sum illa q ad decorē mundanæ machinę similitudinē hois assimilaui naturā: vt meā velut in speculo ipsius mūdi structura cōparet. Sic igit cū audis regem intelligе hoiem esse: qui dr rex vt suus principalis rex qui dr mūdus maximus: & est rex: ga sicut ille rex maxim⁹ oia pugillo tenet: sic homo totū mūdū mediū in se cōtinet. Et est alius tertius mūdus: ideo vide naturā hois ſm Amb. in hexa. de opere sextę diei. & Lactā. lib. de opificio dei addit's qbusdā vt visum fuerit. Primo in cœlo te natū scias: ere ctus cōstitutus es: sursum spectans. Ceruix vero rotundavt cœlū. Decem em sunt cœli scilicet Lunæ. Veneris amorose Mercurij gratiosi: Solis luminosi: Martis vigorosi: Iouis pluuiosi: Saturni tēpestuosi: & stellaꝝ fixaꝝ: crystallinū: & empyreū: primos octo videm⁹ hīc: sed nō duos vltios: hos cœlos quęre in capite & vide solem & lunam duos oculos: Martem & Mercuriū duas aures: Saturnū & Iouē duas nares: Venerē vnū os. Illi mundū illuminant & gubernāt. hęc septē mēbra totū corpus ordinant & decorant. Stellatū cœlum in vertice capitis considera: cuius stellę multę & decus sunt capilli qui in hoie ad decus pertinent: vt patet in his q ex roto sunt capillatura priuati. Crystallinum quod nō vides habes in fronte: vbi est sensus cōis: & empyreum in memoria ḡrat. Sed hęc aliquantulū aliter notāda sunt. Primo capilli sunt necessarij cōtra nimiū estū & validū frigus. Capitis pars superiorvñ egrediunt capilli posita est ad defendendum cerebrū: capitis, ꝓpria forma est sicut nauis: nō, ꝓprie rotunda: sed cōpressa aliquātulū cuius medriū pōt dici carina: anterius prora: posterius puppis. Et hęc figura necessaria fuit: vt meli⁹ in ipso capite distingueretur cellulę sensuū. Frons est libera et aperta: vt mētis habitū pādat: et sic a malis cogitationib⁹ abstrahas mētē. Supercilia sunt munimēta oculoꝝ: ne si de capite aliqd cadat eos offendere possit. Pilis nigris implent vt visum magis ꝓfortēt. Sunt effossi vt habeant vñ recipiant visibilia. Sunt palpebrę vt a nocumētis tegant: quia nobiles sunt. Septē insuper pelliculis ipsa lux vel pupilla tegitur: vt a nullo estu vel frigore lędi possit. Duo sunt vt si vnus abesset: alter nō desit: nec plures q. duo: quia turpitudo esset ipsa multiplicitas. Aures autē eadē causa duę sunt: licet vnus tantū sit auditus sicut & visus nō nisi vnus: in quibus primo abscō dunt foramina: ne etiā lędant ab extra. Factę sunt vt occulta & inuisibilia noscamus & tortuosa. Cartilago cū carne extra aures in gyrū cōponitur: sit advocis dulciorē boatum: qa dum per eā sonus reuoluit': melodiā quandā de nouo cōponit: & animus magis delectat. Nares autē ad hoc sunt factę: vt cerebri purgamenta & totius interioris capitis inde extrahant. Et non est nasus totus ex osse: sed pars ex cartilagine: quia oportet eū dilatari & cōtrahi. Per ipsas etiā nares odoramēta sumūtur ad cerebri cōfortationē. Os denicę pro cibo sumēdo datum est vt vita cōseruetur. In ore em dantur dentes ad masticandum: ne stomachus grauet cibo grosso: & sapidius q̄ sumimus faciunt degustare. Os etiā & dētes ꝓ loquela formanda sunt data: quæ velut plectro percusso faciunt melodiam. Est em ipsa lingua vel plectrū verberās aerem super palatum & dentes & labia: q̄ si vel pars eoꝝ deesset efficeret vox nō sonora. Hinc quanta melodia & varietas cōsonantium sit nata: qui cōsiderare posset in laudē sui prorūperet creatoris qui tantā speciositatē cōtulit hoi. Sed qd' singularius est oibus alijs linguis: sola humana loquelam inuenit cūctis alijs aīalibus existētibus mutis. In hac ergo figura capitis totius cœlestis ornatus cōtinet. Demūvero a cœlis ad terrā descendunt rores & impressiones & calores naturales: quibus mūdus gubernat' cōtinue. Et hoc est in hoie gula ꝙ quā ad corpus nutriendū ab aīa descendunt: cuius pulchritudinē & gracilitatē si cōtemplatus fueris miraberis. Inde procedūt musculi quasi totius capitis bases: quia cœlū sua fortitudine sustentat' a deo sibi donata. Veniamus ad brachia vbi sunt manus & digiti decē: quæ oia ministrant tori corpori nostro: quia cœli sunt illi qui influūt nobis necessaria in seruis. Sed est manus aperta ad largitatē monstrandam: digiti ꝓcedunt ab vno trusto tendētes ad vnitatē docendam. Post oēs cœlos sequit' sphera ignis: quā reperies in stomacho: vbi intensissimus calor est pro digestione faciēda. Qui stomachus est velut olla: ad quā ois calor corporis sequit' cū cibū susceperit. Hinc dicimus bonū signū post cibum frigus: quia totus calor currit ad stomachū: & experimur mēbra esse subtiliora post cibum q̄ ante in hoie sano vt paret maxime de digitis mittendo & extrahendo anulū. Post spherā ignis sequit' sphera aeris: in qua generant' pluuiæ: niues: & grādines & impressiones diuersę sine hoc nō: nec per momentū homo viuere posset: hæc in corde require sine quo nec per se aliquis viuere valet in quo generant' furta: homicidia: blasphemię &c. Deinde sequitur terra cōfusa cū aqua vbi fit generatio & corruptio rerū. Et hoc ḡre in te hoie in ventre corruptionis & genitalibus generationis. Et ga terra suo pondere librat': siue super nihil est fundata: post istas partes duę sequunt' subtiles colūnę: quibus corpus oē vehitur nō sine miraculo grandi: cū videas boues & oues & equos & aīalia multos habere pedes crura simul & tibias fortiora cruribus hoim & tm nō possunt recte: sed solū prone ꝓcedere. Igitur hoc est miraculū ꝙ terra nō est super graue corpus fundata. Ista est solutio secunda. Nā cū quęritur: quid est homo: tibi rndetur vt astrologo ꝙ homo est totus mūdus & perfectio oim. Sic etiā respondebat Anaxagoras: qui interrogatus quid esset homo: ait, mensura oim rerum. vt habet. x. Meta. Sic forsitan intellexit Pythagoras q̄ interrogatus ad qd natus esset homo: ait. Causa videndi cœlū: vt dicit Lactan. iij. instī. c. xxiij. quia debemus cōtemplari cœlū: & cū eius pulchritudinem cognoscimus ad nosmetipsos reuerti: & nos cōseruare: ne tam nobilem creaturā damnare velimus & eū auferre a cœlo. Et ista cōsideratio subleuat ad eum: vt regem sequaris.

Hō est microcosm⁹.

In figura capitis cœlestis ornat⁹ cōtinet.

Signū est sanitatis frigus p⁹ cibū sūptum.

§. III. TERTIA QVESTIO EST

quid est homo: & hoc quantum ad corporis originē. Et ad hoc rndet Salomon di. ꝙ est grauitate cōfirmatus vanitati Et sic respondet vt bonus moralis & ethicus. sicut rndebat pater suus qui dicebat. Homo vanitati filis factus est. Facta prius interrogatiōe. Dñe quid est homo: quasi puluis qui vento flante transfertur quasi limus in terrā liquidā resolutus: qui habere nō pōt firmitatem. Quapropter quid est hō sub interrogatione & despectiue, ꝓnuntiandū est. Vbi nota quod ait Prisci. in. iij. lib. ꝙ hō quintuplicē habuit diminutionē vsq; ad hanc diē. Nā antiquitus declinabat hic hō homonis. sicut ꝧebat Ennius q̄ dicebat. Vulturis in syluis miserū mandebat homonē. Prima ergo sua diminutio fuit hic homo. inis. sed'a est homunculus. tertia homuntio. quarta est homulus. quinta homuscul⁹. Prima diminutio est tātū in obliquo & nō in recto: aliꝙ quatuor sunt in obliquo & in recto: ga ꝓculdubio natura hūana ī primo fuit diminuta in obliquo: sed nō in recto. ga prio obliqua mulier fuit creata: q̄ nō est perfecta sicut vir: nullā tm imperfectionem ex hac creatiōe acquisiuit. Adā: sed ipsa natura fuit imperfectior: cū sua imperfectio quę latebat a dextra patuit Sed'a diminutio fuit in recto in primo peccato Euę. Nam tūc recte humana natura acquisiuit mortem corporalē: sed nō spūalem. Tertia diminutio fuit etiam in recto q̄ scilicet ipse Adā peccauit: ga tūc fuit ipsa mors corporis & aīæ.

De diuersa diminutiōe huius nominis homo.

Quarta

Genē. iij. Quarta diminutio fuit qī habuit maledictionē & dictum ei fuit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Quinta diminutio fuit quando expulsus est de paradiso. Igitur si queris quid est hō: respice factorē: vt recorderis te factum fuisse: & tūc cognosces in ipso esse breui tpe tuę factionis: & quantam diminutionem habuisti. Vel prima diminutio fuit in pcto Euę. sed'a in pcto Adam. tertia in peccato legis naturę quarta in pcto legis scripturæ. qnta fuit in pcto habito cōtracto cōtra legem gratiæ. Et prima nō fuit in recto: qa nō dānauit naturā humanā: sed oēs alię dānant: maxime contrahētes. Vel prima diminutio fuit qī de Adam fuit costa extracta: qa tūc diminutus est homo. Alię vo quatuor fuerūt quādo per peccatū quatuor elemēta ex qbus cōponitur homo facta sunt alterabilia inter se & ex eoꝝ actiuitate tot⁹ corrumpitur: & venit ab esse ad nō esse p mortē corporis. Igitur si vis scire qd est homo: factorē sequere & considera bis factionem ꝙ de aliqua materia sis creatus vel factus: & videbis esse tūc vanū. Vñ Bernū. in suis contemplationib⁹ sic ait. Attende homo qd fuisti ante ortū: & quis es ab ortu vsq; ad occasum: & qd eris post hāc vitā: profecto fuisti qd' nō eras exvili materia postea fact⁹ & vtilissimo pāno iuolutus: menstruali sanguine in vtero materno fuisti nutritus: tunica tua fuit pellis secundina: sic indutus & ornatus ad nos venisti &c. multa ibi. Et be. Ambr. i hexa. de ope sextæ diei ait. Nōne hæc oia sicut vmbra prætereūt? Nōne domus tua hæc puluis & ruina? Nōne hæc oia fabula? Nōne fæculi thesaurus vanitas est? Nōne tuipse vermis? Respice in puluerē hoim: & vide qd de te nisi cinis & ossa remanebūt: ḃ est ex corpe tuo. Respice inquā: dic mihi qs ibi diues: qs ibi pauper sit: dicere nopes ac potentes: nudi oēs nascimur: nudi morimur: nulla discretio inter cadaueraꝝ mortuoꝝ: nisi qa graui⁹ fetent diuitū corpora dedita gulæ & luxuriæ: q̄ pauperis quē audisti crudeliter defunctū: s. Lazarum. Si ergo cōsiderabis te factū: videbis quid est hō quia qd vanū. hæc oia ibi. Macrobi⁹ etiā de somno Scipionis dicit. Aiæ incluſæ corporibus ꝙ corpus velut carcerem fortidū: tenebris horridū: sordib⁹ & cruore inquinatū patiunt. Et. xiij. q. ij. in Ecclesiast' ico dr. Terrā geris: terram teris: & in terrā reuerteris: q de terra sumeris. ſm aūt Aug. nihil informius terra. Hinc & Virgi. in. vj. Enei. Nō mihi si linguæ sint centū: oraq; centū. Ferrea vox: oēs scelerum deprēdere formas. Oia pœnarū pcurrere genera possim pū. Vniuersa vanitas ois hō viuēs. Caro insuper ait apūs concupiscit aduersus spiritū: & spūs aduersus carnem: & sic cōtinuum bellū intestinum: qd' bellū representat' in morib⁹ cœloꝝ sibi contrarijs. Sicut em sunt duo mot⁹ cœloꝝ. s. motus primi mobilis qd' theologi appellant cœlū cry stallinū aliꝙ firmamentū: qui est ab oriente in occidentē vniformis & cōtinuus. Alius est motus planetarum ad oppositū. s. de occidente in orientem p signa zodiaci. Ita in hoie ē duplex motus in appetendo. s. mot⁹ sensualitatis: & motus rōnis ex spū qui sunt oppositi. Vñ & Alanus de cōplanctu naturæ. Sicut cōtra raptā firmamēti volubilitatē motu contrario exercitus militat planetarū: sic in hoie sensualitatis rationiscq; hostilitas contraria reperitur. Rōnis em motus ab ortu cœlestiū oriens: occasum pertrāsiens: terrena considerādo regyrat in cœlū. Ecōtrario motus sensualitatis plane tarū cōtra rōnis firmamentū in terrestria occidens aliqn labuntur. Et nota q. hō vltra ꝓpriā acceptionē aliqn sumit ꝓ parte rōnali: & dr hō interior. Aliqn ꝙ parte sensuali seu corpore & dr exterior hō: & de vtroq; n. Cor. iij. Licet is q foris est noster homo corrūpat': tm is qui intus est renouatur de die in diē. Item de primo. Hoies & iumenta saluabis dñe. i. rationabiliter viuentes & bestialiter salute naturali & saluti spirituali cum bestię cōuertunt in hoies: sicut Nabuchodonosor per pœnitētiam. De sed'o. j. Cor. iij. Cū sint inter vos zelus & contentio nonne ſm hoiem ambulatis? Aliquando sumit' homo ꝙ diabolo: & dr malus homo. ps Non timebo qd faciat mihi homo. Et alibi. Eripe me domine ab hoie malo. i. diabolo: vel meipso ſm Bern.

Ad gal. v.

Hō sumit' diuersimode.

TITVLVS. II. DE POTENTIIS animæ.

¶ De potētijs animæ in cō. CA. I.

In hoie est tm vna aīa

IN HOMINE NON SVNT plures animæ per essentiā differentes. s. nutritiua: sensitiua: & intellectiua: sed vna tantum. s. intellectiua continens in se illam triplicem vir

tutem: scilicet nutritiuum: sensitiuum: & intellectiuū. Vñ in lib. de ecclesia. dogmatibus dicitur. Nec; duas animas dicimus esse in vno homine: sicut Iacobus & alij Syrorū scribunt: vnam animalem qua animatur corpus & quæ immixta sit sanguini: altera spiritualē quæ rationem administrat: sed dicimus vnam & eandem esse animā in homine quæ & corpus sua societate viuificat: & seipam sua ratione disponit. Pro huius maiori declaratione dicit btūs Thom. in. j. parte. q. lxxvj. arti. iij. ꝙ Plato posuit diuersas animas esse in corpore vno: etiā ſm organa distinctas qb⁹ diuersa vitæ opera attribuebat dicens. Vim nutritiuā esse in epate: ꝙ cupiscibilis in corde. cogitatiuā al's cognitiuam in cerebro: quā opinionē Arist. reprobat in lib. de aīa. Apparet autē hoc esse impossibile. s. plures aīas in vno corpore esse differētes per essentiā per istud: quia vna operatio aiæ cum fuerint intensa impedit aliā: quod nullo modo cōtingeret nisi principiū actionū esset ꝙ essentiā vnum. Ponit & alias duas rōnes quas ibi potes videre. Dicendū est ergo ꝙ eadē numero est aīa in hoie nutritiua: sensitiua: & intellectiua.

videndū deū est aīa rationalis in potentijs suis. Et p istud speculū videt deus trinus et vnꝰ: et si meliꝰ cę ꝑ alias creaturas: tū valde alonge et obscure. Vñ Aug. xiij. lib. de trini. c. viij. dicit, Quāuis mēs humana: nō sit eiꝰ natura cuius est deus: imago tamē naturæ eius (qua natura melior nulla est) ibi quærenda et inuētēda est in nobis: quo etiā natura nostra nihil habet meliꝰ. Huiꝰ speculi tres ptes: dicī possunt tres partes ipsius aīæ: memoria. f. intelligētia. et volūtas. ex memoria videt parer: ex intelligētia filiꝰ: ex volūtate spūs scūs: quantū ad modū, pcessionis. Et primo de memoria cōstat quātū ad actū suū. f. memorādi: ꝙ ipsa nō, pcedit ab intellectu nec volūtate: qm̄ multorū meminimus: quæ nō itelligimꝰ: sicut cū quis recordat de aliquo dei iudicio miro et occulto: vt ꝙ Iosias rex israel ira plectus fuit occisus a Pharaone iniquo rege Egypti: et ꝙ in Tyro et Sydone: si facta fuissēt miracula: q fuerūt a Christo facta i Bethsaida: puersi fuissent ad pœnitētiam hoies illi: qa sic christꝰ cōfirmauit. huiꝰ rei recolimus: sed causā huiꝰ cre illis nō fuerit predicatū nescimꝰ. Reminiscimur etiā eorū q nullo modo volumꝰ: sicut pctōrū cōmissorū et piculorū. Mēs em bene disposita: nō habet cōplacentiā sed displicentiā de ppetratis malis. Sic pater æternus non ꝓcedit a spūsancto nec a filio: sicut nec memoria ab intellectu et volūtate. Et sicut istæ tres potētiæ: nō sūt tres aīę: sed vna. Ita pater, et filiꝰ, et spūs scūs, nō sunt tres essentiæ: sed vna essentia: vna natura: vna substātia. De intellectꝰ etiā actu oportet ꝙ nō possumꝰ itelligere aliqd nisi prius recordemur: sed intelligere possumus multa et ipsa nō velle: sicut intelligimꝰ miserias quas patimur: et multoties nō vellemus. Sic ergo filius a patre procedit nō a spūsancto: sicut intelligentia procedit a memoria et nō a volūtate. Et sicut istæ potētiæ nō sūt vna: sed realiter sūt distinctæ: ita ꝙ vna nō est alia potētia. Cuis sit in vna tā tū essentia aīę. Ita pater et filiꝰ, et spūs scūs, sunt tres psonæ realiter distinctæ: ita ꝙ vna nō ē alia: sicut dicebat Sabellius hereticus: sed vna tantū essentia. Voluntas vero Proceſ procedit quātum ad actū suū a memoria et intellectu. Nō ſꝰ volū em possumꝰ velle aliqd quin illd priꝰ memorię occurrat tatis. et quin illud aliquo modo saltē generali itelligamꝰ sicut spūs scūs a patre filioq; pcedit: non tantū a patre vt qdā hęretici dixerūt: sed etiā a filio. Et sic patet quō per potētias animæ nostræ: tācę per speculū videre possumus deū verū: vnū in trinitate: & trinitatē in vnitate. Vnde Bern. O beata trinitas: ęternitas: veritas: bonitas: ad te clamat aīa trinitas: memoria: ratio seu intelligentia: et voluntas. Sed ga istud speculū frequēter in lutū projicimꝰ virtutū: ideo i sic deturpato male videmꝰ aliqd diuinorū: nisi priꝰ emundet ꝑ trinitatē quādā nobis accidētalē actuū, pbonū sicut em est vna essentia diuina in tribꝰ psonis purifi cās oīa: sic est vna pœnitētia integrata ex partibꝰ suis. f. cōtritiōe: cōfessiōe: & satisfactiōe: emūdās corda. Et cōtritio qdē: qa ꝑ eā pctōr iustificat: qđ ē potētiæ maximæ: & manens cę creatio cœli & terre ſm Aug. Ideo contritio patri adaptatur, cui attribuit omnipotētia. Cōfessio vero qa p ipsam manifestātur occulta, et cū veritate fieri debet: ipsa attribuit filio: qui lux est manifestativa & veritas prima.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Satisfactio aũt quia finis est pœnitẽtiæ procedẽs ex vera contritione & cõfessione: & bonitatẽ operũ pœnalium habet: spũsancto attribuitur. Et q̃uis ipse ptes seu actus pœnitẽtię, s. contritio: confessio: & satisfactio realiter sicut distincta: in vna tamẽ pœnitẽtię essentia cõueniũt. Et sic videmus deum per speculum animę rationalis.

§. XI. SEPTIMVM ET VLTIMVM SPECVLVM

Perfectiores sunt angeli hominib⁹

De numero ãgelorũ.

Infimꝰ ãgelus ẽ nobiliorꝭ ioã

mũ speculũ est natura ãgelica seu intellectualis: quę i vna natura spũali: sine corpulẽtia: seu materia existens, in tres hierarchias distincta: nobis indicat mysterium trinitatis. Et modicã quidẽ notitiã de his habemus: quã quidem nobis tradidit apls Paulus raptus ad tertiũ cœlum, s. suprem hierarchię: per Dionysiũ Ariopagitã discipulũ suũ & summũ philosophũ. Per hãc igitur naturã ãgelicam considerata: velut per speculũ cetli a nobis multũ remotũ) videmus dei sublimitatẽ in cõprehensibilẽ: & hoc ex tribus sentẽtijs & cõclusionibus circa materiã angelorũ: tãq̃ ex tribus ptib⁹ huius speculi. Prima ergo sentẽtia Dionysij est q̃ minimus angelorũ fm suã naturalẽ essentiã est nobilior & perfectior: quaecũq̃ aia humana fm suã naturam Veritatẽ hui⁹ sentẽtię firmauit dns Iesus qũ dixit. Matth. xi. Inter natos mulierũ nõ surrexit maior Ioãne baptista. Qui aũt minor est i regno cœlorũ: maior est illo. Notãter aũt dixit: nõ surrexit. Surgere em est, ex imo in altũ eleuari. Oẽs aũt sancti in imo originalis pcti nati: tunc eleuati sunt in altũ & surrexerũt: qñ purgati ab eo ad gram perueneruũt. Christus nõ surrexit hoc modo: qa in imo originalis nũq̃ fuit: & io sine ꝓparatione christus est maior Ioãne Quando christus hoc dixit: i regno cœlorum soli angeli erant, non aĩę: minorẽ ergo angelũ dixit maiorẽ Ioãne superemo sctorũ & maxime glorioso. Sed a sẽtẽtia Dionysij est: q̃ numerus sit incomprehensibilis. Qd dns dixit Iob xxv. Numqd est numerus militũ illius? Sicut em stellas cœli solus ille dinumerat q eas fecit: sic & ãgelos q stellę nominantur. Vñ Baruch. iij. Stellę dederunt lumẽ in custodijs suis: quas scilicet faciũt erga hoies. De qua custodia: saluator dixit in euãgelio. Angeli eoꝝ in cœlis: sẽp vidẽt faciẽ patris. Mat. xviij. Super quo ꝙbo dicit Hiero. qd cõfirmauit magr sen. in. ij. q̃ quelibet aia ab exordio suæ naturalitatis maris & fœminę: fidelis: siue infidelis: boni vel mali: habet angelũ ad sui custodiã deputatũ: qui fm theologos sũt de ordine infimo angelorũ. Vñ oportet q̃ totnũero sint in ordie illo: quot sunt hoies i mũdo qñ vnq̃ plures fuerũt. Et vltra numeꝝ hoim adhuc oportet eẽ tot plures: quot sunt spẽs aliarũ creaturarũ: qa q̃libet species & q̃dlibet cœlũ habet specialẽ angelũ ad sui gubernationẽ. Et cũ videamus in creaturis corporalib⁹, vt elemẽtis & cœlis: illã q̃ superior est: eẽ decies maiorẽ quãtitate continua q̃ inferior: sicut aqua, decies maior est q̃ terra: & aer decies maior est q̃ aq̃: & ignis decies maior est q̃ aer. Et cœli etiã sil'iter: multo maiores q̃ ista visibilia. A simili videt q̃ iudicare debeam⁹ de inuisibilib⁹. Cũ igit in ãgelis nõ sit quãtitas cõtinua: qa corpore carẽt: attẽdenda est in eis quãtitas discreta seu numeralis: & fm prædicta forte secũd⁹ ordo. s. archãgelorũ, sit maior primo in decuplo: & tertius ordo principatuũ: sit maior numero ordine archãgelorũ i decuplo: & sic de singulis ascẽdẽdo: vsq̃ ad suprẽmũ. s. ordinẽ seraphicũ. Si ergo infim⁹ ordo est plus q̃ milia milionũ: quot erũt archãgeli: quot principat⁹ quot cæteri: qs poterit dinumerare. Tertia sentẽtia Dionysij ẽ: quæ hoies præ supore deficientes facit: q̃ vnus angelus est distinctus ab altero: non solũ numero: sed specie. Non enim distinguntur abinuicẽ angeli sicut Petrus a Martino: & Martinus a Ioãne: & aia vna ab altera: quæ solum est distinctio numeralis nõ specifica. Sed, differunt eo modo quo agnus differt ab equo: equus a boue: bos a leone: leo ab hoie: inter quę est differentia specifica. Vt aũt dicit phs in lib. Meta. Species rerũ sunt sicut numeri. Sicut em quilibet numerus: addit ad inferiorẽ se, ad minus vnam vnitatẽ: sicut numerus ternari⁹: addit ad binariũ vnũ: sic quælibet species creaturæ: addit vnũ gradũ pfectionalis essentię: ad minus ad aliã speciẽ iferiorem. Ex dictis ergo formo conclusionẽ talẽ. Infimus angelus est nobilior Ioanne Baptista in sui natura: qui Ioannes maximus credit sanctorum: & per cõsequens gloriosissimus & speciosissimus, Secũdus angelus est nobilior primo vno gradu per

sectiõalis essentiæ. Et tertius, sec⁹ nobilior vno alio gradu per hãdu pfectionis: & sic semp ascẽdẽdo vsq̃ ad suprẽmũ instimi ordinis angelorũ: qui (vt dictũ est) sunt plus q̃ milia milionũ. Quis ergo poterit (nõ dico) narrare: sed vel parꝫ intelligere e nobilitatẽ: speciositatem: magnificẽtiã: & gloriã illius angeli suprem⁹? Certe nullus: neq̃ Moyses: neq̃ Ioannes: nec Petrus: nec Paulus cũ viuebant. Ascendatur exinde ad alios octo ordines gradatim semp addẽdo pfectionẽ maiorẽ: cũ vẽtũ fuerit ad supremũ seraphin: nõne deficiet mens pre stupore in cõsideratione tantæ nobilitatis? Et qa sup seraphin residet dns deus noster: vt eminentior cũctis sine cõparatione: & oẽs creas, & regẽs, & pfectionem eis infundens. Sic p istud speculũ naturę angelicę videmus deũ: etsi obscure: tñ, put possumus eminentissimũ nobilissimũ: perfectissimũ: vniuersale & sũmũ bonũ. Et de hoc speculo naturę angelicę potest intelligi illud Sap. vij. Speculũ sine macula. Nunq̃ em in eis angelis reperta est macula culpæ. s. in beatis angelis: sicut reperta est in speculis animarum. Et hoc quo ad primum principale.

§. XII. SECVNDO DICEBATVR

Quid ẽ ænigma.

Instruit moyses de trib⁹

Scala Iacob expõ.

De ãgelorũ dignitate

tur q̃ in aucẽ aplica innuebat speculatio ꝓphetalis: cum subdit. In ænigmate. s. videm⁹ nunc. Enigma vt habet in Catholicon: est sñia seu locutio obscura occultata p filiturdines rerũ sub qbus sit: & difficile ẽ intelligere nisi exponat: vt illd qd ꝓposuit Philisteis Samson: de comedente exiuit cibus: & de forti egressa est dulcedo. Iudicũ. xiiij. Qd illi intelligere nõ valebãt, nisi ipse exposuisset: videlicet q̃ de ore leonis: q ẽ fortissimũ aial: comedẽs & deuorãs alia: eduxerat cibũ dulcẽ. s. fauũ mellis ibi reptũ. Et dr ænigma ab æ. qd est in. & nigma qd est imago quasi sẽtẽtia siue locutio facta sub imagine. i. sub similitudine. Tales autẽ sunt locutiones propheticę cõmuniter. Sicut em ipsi vidẽt deũ siue diuina mysteria sub imaginib⁹: & similitudibus rerũ sensibiliũ: ita & populis ꝓponũr. Sed q̃ populis occulta & obscura erãt: ꝓphetę ipsi videbãt. Vñ apelabant videtes vt habef. s. Reg. ix. Non tñ q̃ ipsi clare viderẽt deũ: sed sub imaginibus (vt dictũ est) & similitudinib⁹ rerũ sensibiliũ a deo impressis: pfectius & celsius videbãt diuina: q̃ videatur per septẽ specula supradicta. Poterant igit ipsi dicere. Videmus nunc in ænigmate: & non solum per speculũ: nos aũt per ipsa ænigmata a doctoribus vel potius a spiritusancto referata: deũ cernere possumus. Et hoc sub septẽplici eius dispositione erga nos: videlicet.

¶ Primo in dispositione innitẽtis: hoc quo ad pœnitẽtes.
¶ Secũdo in dispositione instruẽtis: quo ad ignorantes.
¶ Tertio in dispositione stantis: quo ad laborãtes.
¶ Quarto in dispositione sedẽtis: quo ad contemplantes.
¶ Quinto in dispositione deambulantis: quo ad iudicium expectantes.
¶ Sexto in dispositiõe comedẽtis: q̃ ad gloriã suscipiẽtes.
¶ Septimo in dispositione regentis: quo ad angelos & omnes gentes.

§. XIII. PRIMO MODO VIDIT

Scala Iacob expõ.

dit deũ Iacob: vt habef Gen. xxviij. Vidit em i sõnis scalã stantẽ: & dñm desup innixũ scalę. Vbi notãdũ ex ipsa visione Iacob aliq̃ prexigi ad dictã visionẽ: videlicet supplãtationẽ vitioꝝ: & hoc ex interpretatiõe ipi⁹ nois. Interpretat em Iacob supplãtator. i. cõculcator vitioꝝ, & tẽtationũ, & dęmonũ. Extinctionẽ cõcupiscentiarũ: qd notat ex eo: q̃ post solis occasũ illa vidit. Occasus aũt solis: feruẽte ardorẽ concupiscentiarũ extinctum designat. Assumptio quoq̃ asperitatis & laborũ adeo necessaria est: in cuius signũ dr: q̃ tulit de lapidib⁹ & supposuit eos capiti. Lapides duri: asperitates tribulationũ & pœnitẽtię signant. Sed & ligatio sensuũ corporaliũ & desideriorũ carnaliũ: ostẽdit figurate in hoc: q̃ dormiuit. In ipsa aũt dormitione vidit scalã & angelos ascẽdentes et descẽdẽtes: et dñm innixũ scalę. Scala est pœnitẽtia seu confessio bona: hæc debet stare. s. per verã fidẽ. Ad Rom. v. Stamus spe claritatis supnę erecti. Cacumen scalę: quod tangit cœlum charitas est: ipsa em est fm Aug. quę ducit ad cœlũ. Angeli ascendẽtes et descendentes sunt vel ipsi ad literã offerentes deo vota nostra: et referẽtes nobis eius dona: vel ipsę affectiones & cogitationes

cogitationes ascẽdentes ad cõsiderationẽ præmij: & descẽdentes ad cõsiderationẽ sui debiti supplicij. Innixus aũt huic scalę dñs manet: vt nobis ascẽdendi modum ostẽdat Micheæ. ij. Ascẽdet pandens iter ante eos. Allicies per ꝓmissiões ad ipsum ascẽsum. Innixus etiã manet sup scalã: vt dexteram adiutorij ne deficiãt porrigat: & demũ sẽsim ad gliã trahat, iuxta illd ꝓ. Tenuisti manũ ꝺ ex. me. &c.

§. XIIII. SECVNDO VIDERVNT

Terræna cõnenda.

ꝓphetæ: & nos ex eorũ relatu deũ i dispositione istriũtis? Et sic vidit Moyses deum, qñ ei apparuit in rubo ardenti: Vñ dixit Moyses. Vadã & videbo visionẽ hãc: quõ rub⁹ ardeat & non consumatur. Exod. iij. Rubus signat deum incarnatũ: nos instruẽtem. Eteñ deus noster ignis consumens est. Deut. iiij. Rubus pungẽs: signat nostrã humanitatẽ: nos vndiq̃ pœnis pungentem. Ignis ergo in rubo: ẽ deitas i. ostræ humanitati vnita: cũ assumptis pœnalitatibus. Qui rubus nõ cõsumif nec ignis extingu: ẽ: qa ex ipsa vnione humanitas nõ fuit cõsumpta seu conuersa in diuinitatẽ: nec diuinitas vnq̃ deseruit humanitatem: etiam in morte. In rubo aũt apparens de trib⁹ instruxit Moysẽ & per eũ omnem animam. Et primo: reuerẽtiæ exhibitionem cũ ei dixit. Non appropies huc. Nimia em familiaritas, & facilis, & frequẽs accessus ad aliquẽ: solet ꝓcẽptũ inducere: ꝓpter qd: magni prelati, & dñi tẽporales, nõ ꝓmittunt de facili accessum ad eos vel appropinquationẽ: vt magis habeant in reuerẽtia. Vnde & regem magnum Asuerũ nullus adire poterat ad aspectũ eius sub periculo vitæ nisi vocatus. Permaxime aũt in reuerentia debet haberi: & cum reuerentia debet accedi: cõsideratione pia: nõ curiosa ad mysteriũ incarnationis: & ipsum in sacramẽto existentẽ. Hac reuerentia motus Centurio dixit Iesu. Dñe nõ sum dignus vt intres sub tectũ meũ. Math. viij. Et Petrus apls cũ air. Exi a me dñe: qa hõ peccator sum. Luc. v. Secundo: instruxit in temporaliũ abrenũtiatione: cum dixit. Solue calciamentum de pedib⁹ tuis. Calciamenta quę fiunt de animalib⁹ mortuis: & terræ inhęrent: signant ista tẽporalia quæ in terra sunt: & de inanimatis. s. elementis oriũtur: a quib⁹ pedes affectuũ extrahi debent. Sicut enim puluis impedit visum si oculũ intretita & tẽporalia mẽtis intuitũ erga diuina: & ita deprimunt affectũ vt ad sup na euolare nõ possit. Sicut viscus implicat pennas auiũ: vt in altũ volare non possint. Et ꝓpterea vt ait Aug. Oia terræna cõtẽpsit homo christus: vt ea cõtenenda demonstrarer esse: verbo & exẽplo nos ad hoc instruẽdo. Et quãdo tribus ex discipulis suis voluit manifestare gloriã suam de valle ad montẽ Thabor excelsum adduxit. Vbi eũ viderũt transfiguratũ. Matth. xvij. Ad innuendũ mundũ cõtemnẽdum: vt in altũ contẽplationis ascendi possit ad videndũ deũ. Tertio instruxit de affectus sui efficaci compassione in eo: quod dixit. Videns vidi affictionẽ populi mei: qui est in Egypto & descẽdi liberare eũ. Quod ipse tum fuit in descẽsione eius de cœlo: quãdo posf multa flagella immissa Pharaoni, i. diabolo: per eius doctrinam & miracula, & opera sancta. Demũ sanguine ipsius agni immaculati: liberati fuim⁹ de seruitute diaboli. Sed heu! qa nemo est, qui recogitet tantũ beneficiũ. Sup quo ipse conquerit Osee. vj. di. Misericordia vestra quasi nubes matutina: & quasi ros mane transiens. Sicut em ros, qui descendit de cœlo, super terram ad fœcundandum eam: & herba adueniẽte sole subito deficit & siccatur. Sic misericordia: qua christus nos liberauit. Et ideo nostra dr: qa nobis facta: cũ a deo processerit: ad replendũ nos fructu bonorum operũ superueniente calore tentationis vel tribulationis modice: subito deficit in memoria nostra: & siccaf affect⁹ suauitate tanti beneficij infructuosus remanens.

§. XV. TERTIO VIDERE POSSVMVS

Exercitus dei

deũ: in ænigmate prophetię visionis per modũ recti manẽtis. i. auxiliũ ferẽtis laborãtibus: sicut ipse de⁹ incarnatus laborãtibus discipulis in remigãdo: propter ventũ contrarium apparuit eis rectus: manẽs sup vndas maris: & eos iuuãs amota tẽpestate. Laborãt aũt aliqui ex tribulatiõe: qbus fert auxiliũ patientię. Vñ ipse dicit Esa. xliij. Cum trãsieris per aquas tecũ ero: per aquas. s. tribulatiõis & flumina non operient te magnarum scilicet passionũ & perfectionũ nõ absorbebunt rationẽ. Sed (vt dicit Aug.) q̃ mala æquanimiter toleramus ab illo (s. deo) & nõ nostra potẽtia. Et in signũ hui⁹. Stephanus proto martyr: in tribulatione lapidationis posit⁹ dixit. Ecce video cœlos apertos: & filiũ hois stantẽ a dextris virtutis dei. Ideo stantẽ vidi: quasi pararũ eum iuuare. Act. vij. Vñ cũ magna dulcedine migrauit & pro inimicis lapidantib⁹ exorauit Laborãt aliq̃ in eliminatiõe vitiorũ a se vel a ꝓximis. vñ pã. pro remotione sitoꝝ vitioꝝ dicebat. Laboraui i gemitu meo. Labor est em recogitare & dolere de peccatis suis. Et apls discipulũ suũ. Thim. horrat ad extirpãdum vitia is, ad Tialiorũ per doctrinã dicẽs. Laborauit bonus miles Iesu xpi mo. ij. Et ad hunc laborem necessarium est adiutorium dei. In hius rei signũ vidit Amos dñm stãtem super altare & dixit Percute cardinẽ & cõmouebũtur supliminaria. Auaritia em in capite oĩm. Amos. ix. Per auaritiãq̃ cupiditas etiã dr radix oĩm malorꝝ :) notaf generale pctm. Amos typũ gerit illorũ: qui laborãt ad eliminationẽ vitiorum: qbus apparet dñs stãs ad iuuandum cõstantiã immittẽdo. Sed sup altare dr stare: vt ostẽdatur, q̃ ois potestas ecclesiastica: a dño deo est. Sed vide qd dicit: percute cardinem. Per cardines signãtur superiores peccantes: qui debent increpationibus & objurgationib⁹ castigari: vt supliminaria: id est inferiores per exẽplũ eorũ valeant ad pœnitentiam cõmoueri. Vñ & Moyses dure arguit Aaron de constitutione vitiũ i. Et dñs fecit susper. di. xij, principes tribuũ quan xxxij, do populus fornicatus est in Moab. Nume. xxv. Laborãt alij in informatione morum. Parum est em eliminare vitia nisi & mores informẽtur. Vnde dictum ẽ Hiere. i. Ecce cõstitui te super gentes & regna: vt euellas & destruas & disperdas & dissipes quantũ. s. ad vitia: & ædifices & plãtes: quãtũ ad virtutes, & bonos mores. Sed qa sine me nihil potestis facere: ait christus Io. xv. Ideo posui adiutoriũ sup potentẽ. i. laborantẽ ait dñs. Et in hui⁹ figuram vidit Amos. vij. dominũ stantẽ super murũ litũ: & in manu ei⁹ trulla cementaria. Murus litus: est ecclesia fortis & cõstãs ex pluribus fidelibus: tãquã viuis lapidibus ædificata: & calce charitatis vnita, & modestia linita & ornata: sup quã stat dñs tamq̃ regẽs & gubernans: in cui⁹ manu est gratia quę signat per trullam cementariam: qa sicut trulla cemẽtaria ad ædificationem valet & linitionem murorum: sic gratia ad instructionem morum & informationẽ.

§. XVI. QVARTO VIDENT PROPHETE

Exercitus dei

deũ: & nos p illos, in ænigmate: p modũ & dispositionẽ sedẽtis: & hoc quo ad contẽplationes de qbus potest intelligi illud qd dñs dixit Esa. vlti. cœlũ mihi sedes ẽ: terræ iũ. i. hoies cœlestes & cõtẽplatiui. Sedet aũt super tales: vt cogitationes & affectiones eorũ ad seruiendũ sibi assistere faciat: & eos secreta iudicia doceat. In cui⁹ figuram Micheas ꝓpheta qd viderat in ænigmate. i. imaginarie exps sit dicens. Vidi dñm sedentem super solium suũ: & omnẽ exercitũ cœli assistẽtem ei: a dextris & a sinistris: & ait dom⁹. Quis decipiet Achab regẽ Israel vt ascẽdat & cadat in Ramoth Galaad: Et cũ diuersi diuersa dicerẽt ex assistẽtibus: egressus est spiritus quidã & ait. Ego decipiã illũ in hoc videlicet: qa egrediar & ero spũs mendax in ore oim ꝓphetarũ eius. Et dixit dñs decipies & prævalebis: egrede fac ita. iij. Reg. xxij. Per exercitũ cœli dño assistentem a dextris & a sinistris: signatur cõgregatio affectionũ & desiderioꝝ circa diuina vel humana: qus debẽt dño assistere. qs sit. Per locutionẽ dñi ministris suis factã: intelligunf occulta iudicia ministerio angelorum exæquenda: per assensum dñi ad deceptionẽ Achab: signatur permissio eius, qua ꝓmittit hoies: & precipue rectores decipi et desicere in spũa libus et tẽporalib⁹. Sed o sedet in cõtẽplatiuis, vt eos gra sua repleat. iuxta illud. Dñs in cœlo sedes ei⁹. In cui⁹ figurã dicit Esa. vj. Vidi dñm sedentẽ sup solium excelsum & eleuatũ: et plena erat domus maiestate ei⁹: et ea quę sub ipso erãt replebãt templũ. Seraphin stabant sup illud: sex alæ vni et sex alæ alteri. Et clamabãt alter ad alterũ: et dicebãt Sanctus: sanctus: sanct⁹ dñs deus exercituũ. Solium domini: ẽ aia sanctorũ. Et hoc solũ est eleuatũ a desiderio terrenorũ. Et est excelsum: in cõtẽplatione diuinorũ. Et tũc domus mẽtis replef maiestate eius. i. gratia. Seraphin autem qui denominanf ab incendio: q stabãt super illud. i. iuxta illud: signãt ardẽtia desideria diuini amoris: quæ dicunt. Sanctus, sanctus, sanct⁹ dñs deus &c. qa ex amore ꝓcedũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

cū admiratione ad diuinas laudes trinitatis sanctissimæ ī vnitate essentiæ. Exinde impletur domus fumo. i. mēs seu cōscientia humili deuotione. Tertio dñs in eis sedet vel potius amplexatur: vt eos mirabili gustu consolationis reficiat. iuxta illud Can. ij. Dextera illi⁹ amplexabitur me id est cōtemplatio de ipso spōso deo: me sibi vniet: & sume cōsolabitur. In cuius figurā legit ꝙ apparuit dñs Iacob: eum solus remāsisset, separatis a se familia & substātia: & luctabatur cū eo vsq; mane: & cū eum superare non posset tāgens nerui femoris eius: statim emarcuit. Vbi & mutatū est nomē ipsius de Iacob in Israel: quod interpretatur: videns deū. Vnde dixit. Vidi dñm facie ad faciē: & salua facta est aīa mea: benedictionēq; ab eo recepit: vt habetur Genē. xxxij. Luctamē istud Iacob cū deo instantiam signat orantis. Duo brachia luctātis sunt fletus seu cōpunctio: & oratio. Vñ dr Osee. xij. de isto Iacob: ꝙ fleuit & rogauit. Sicut aūt ille, qui luctatur cum aliq; scilicet brachio: aliqñ videtur deici & superari: aliquādo deijcere alīū & superare. Ita & orās siue contemplans: aliquādo orationē videt subijcere & superare: i pūcto apprehēdēs aliquid diuinū super se. aliquādo videtur deici grauat⁹ carne & obfuscatus phantasia: vt fixe diuina apprehēdere non possit. Verū i pualere vult: luctari debet vsq; mane. i. pseuerare in orādo: cōremplādo: vsq; ad mane supernæ gloriæ. In hac aūt luctā recepit benedictionē: videlicet magnæ cōsolationis: & marcessit neruus femoris: qa extinguit carnalis appetitus. Gustata em suauitate spiritus, desipit omnis ca ro: qa maxima est & si parū durer actualiter. Vñ Bern. Fœlix cū inuenero. s. dominū: tunc amplexus: tūc oscula quę vincunt mellis pocula. Sed in his parua morula.

Significatio luctamīnis Iacob.

§. XVII. QVINTO VIDENT PROPHETÆ deū ænigmatice p modū deambulantis. Et hoc quo ad iudicium expectantes. Sed qs stabit ad vidēdum eum? Ipse em quasi ignis cōflans & quasi herba fullonum. Malach. iij. Deambulabit aūt: qa i forma humana assumpta: de cœlo descēdet ad terrā. Et videbit eū omnis oculus: etiā qui eū pupugerūt. Apoca. j. Hoc aūt vidit Daniel visiōe imaginaria. Vñ ait. vij. c. Videbā in visione mea nocte: & quattuor bestiæ grādes ascendebāt de mari diuersæ inter se. Prima similis leenæ habēs alas aquilæ. Secūda similis vrso: tres ordines dentiū habēs in ore. Tertia similis pardo: habens alas quattuor: & capita quattuor. Quarta terribilis & mirabilis & fortis: habēs dentes ferreos: comedēs & cōminuens: & reliqua pedibus cōculcās: habēs cornua decē: & de medio eorū: ortū est aliud paruulum. Quæ quidem quattuor bestię designāt: quattuor monarchias mūdi, principales scilicet Assyriorū Persarū & Medorū quoad secundā: Græcorū quoad tertiā: & imperiū Romanorū quoad vltimā. Decem cornua signāt decē partes in quas scindēdū ē imperiū Romanor. Cornu paruulū Antichristus est qui orietur in rali diuisione. Pene oia ista regimīa perambulauit dñs ipsa gubernādo & de ipsis iudicādo: & cōferēdo tēporaliter prout sibi placuit. Demū cūcta simul regna cū cōprehensis cū eis: simul est iudicaturus: perambulās de cœlo vt dictū est ad terrā. Vnde in visiōe illa dixit ipse daniel. Aspiciebā: & ecce in nubibus cœli quasi filius hoīs veniebat: qa vsq; ad antiquū dierū peruenit: vt s. manifestetur ꝙ potestatē dedit ei pater (qui dr antiquus dierū) iudiciū facere. Venier aūt in iudicio ad tria. Ad sui quidem exaltationē vt. s. ab oībus videatur ꝙ constitut⁹ est iudex viuorū & mortuor. Vñ in dicta visione subdit: ꝙ dedit ei potestatē & honorē & regnū: & oēs populi tribꝰ & linguę seruiēt ipsi. Veniet scd'o ad cōfusionē malorū. iuxta illud Hiere. xx. Confundentur vehemēter: qa nō itell exerūt opprobriū sēpiternū: qd' nūq; delebit. Et hoc signatur Genē. iij. quādo Adā audiuit dñm deambulārē in paradiso post meridiem. Qui q̄uis absconderit se, ppter peccatū comissum: tamē oportuit ꝙ eū audiret & videret sententiantē. Adā qppe se absc̄ōdens: peccatorē designat excusantē peccata sua: ppter q̄ indignū se facit dei visiōe. Audit tamē post meridiē. i. post charitatis & feruoris extinctionē: vocem deambulātis dei venientis. s. ad iudicium: & qa nudū se agnoscit, virtutibus & gratia, cōparere erubescit. Dñs aūt arguit peccatores dure. s. m illud Iude. j. Ecce venit dñs in nubibus cōtra oēs. s. facere iudiciū: & arguere impios. Vñ & Adę dixit. Adā Adā vbi es. Exinde sepa-

Christꝰ veniet ad iudiciū propter tria

Genē. iij.

rat ipsos malos a cœtu sanctorū: quod innuitur cum dñs Adam emittit de paradiso voluptatis. Demū ponit eū in mūdo subiectū innumeris pœnalitatibꝰ. Sic reprobos ad infernū emittit: acerbissimis pœnis cruciādos. Tertio veniet in iudicio: ad glorificationē bonor. iuxta illd' ,pphę Esa. xl. Ecce merces eius cum eo. Et Apoca. xxij. Ecce venio cito: & merces mea mecū est. Et in signum huⁱ⁹ vidit Ioānes dñm deābulantem in medio candelabrorum aureorū: tenentem septē stellas in dextera. Apoc. j. In septem candelabris aureis: notat vniuersitas sanctorū habentiū exponi aurum sapiētiæ & veritatis & ardorē charitatis. In medio tur. autē horum candelabrorum ambulat: vt hic in via eos suste̊r: custodiat & defendat: & in dextra sua (quæ designat gloriā & ęternitatē) septē stellas habet. i. septē dotes qbus sanctos beatificat. s. impassibilitatē: claritatē: subtilitatē: agilitatem: cognitionem: compręhēsionem: & fruitionē.

Visio Ioannis

§. XVIII. SEXTO VIDETVR DEUS ænigmatice in dispositione comedētis. Vnde ipse inqt Can. v. Comedi fauum cum melle meo. Mel est christi humanitas: q̄ est principiū in vniuerso. Cera est genⁱ humanū quo, ad electos: & vtrūq; deus comedit sibi vniendo. In huⁱ⁹ figurā legitur Genē. xviij. ꝙ stanti Abrae, ad ilicē mābrae & eleuanti oculos appariuerūt ei tres viri. Et vt dr in alia translatione: tres vidit: & vnū adorauit. Intelligēs ibi signari mysteriū trinitatis. Vnde q̄nq; loquit̄ in singulari ad exprimēdū vnitatē essentiæ: q̄nq; in plurali ad denotādū pluralitatē personarū. Dixit em. Dne: si inueni gratiā in oculis tuis: ne transeas seruū tuū: sed afferā pauxillū aquæ & laucturpedes vestri: & requiescite sub arbore: ponamq; buccellam panis: & confortetur cor vestrū: postea transibitis. Quibꝰ acquiescētibꝰ, fecit ex tribꝰ satis simile id est tribus mensuris farinę bene purgatæ a furore: fieri subcineritios panes, & vitulū vnū tenerrimū & optimū coquere: ipsosq; panes subcineritios & vitulū coctum: butyrū quoq; & lac posuit corā eis ad comedēdū: quę oblata comederūt. Fuit illa visio ,pphetica: & si non imaginaria: sensibilis tamen. Fuerunt em illi tres angeli in forma humana apparentes: repræsentantes deum vnū: in personis autē trinū. Pedes autē dei qui terrā calcant: significant genus humanū: in quo & christus cōprehēditur vt verus homo: vnitustamē deo. Tria autē innuuntur ex ista visione sub figura esse necessaria saluandis: & in deū per gloriam transformādis. Et primū est lotio in baptismo actu vel ,ppposito. Nisi em quis renatus fuerit ex aqua: & spūsancto: non potest introire in regnū dei: ait saluator. Io. iij. Et hoc signatur in ablutione pedū illorū apparentiū: qui (vt dictū est) signāt genus humanū: quod in nouo testamento christo icorporatur per baptismū: quē ipse primo istituit & suscepit: nō ad auferendū aliquē suū defectū: sed ad conferendū aquę virtutē regenerativā: & nobis præbendum exemplum. Secundum quod regritur in perueniendo ad gloriam: est purgatio plena a peccato per pœnitētiam: & alios modos post baptismū. Dicit em in Apoc. de sanctis sine macula sunt ante thronū dei. Et hoc signat in simila quæ est flos farinæ plenę segregatę a furfure. Furfur enim qd' est cibus cōmuniter bestiarum signat peccatū: quo pascūtur & delectant hoīes bestialiter viuētes. Simila autē signat puritatē a peccato. Tria fata similę designāt purita tem: quæ reperitur in vniuersa congregatione electorū in tribus partibus mūdi. s. Asia: Africa: & Europa existentiū vel sub triplici statu. s. actiuorū: contęplatiuorū & prælatorū. Tertiū quod requirit est: cōformitas vitę cū christo per dolorē & amorē: qui sub figura panis subcineritij fuit oste̊sus Helię: & inde confortatus. iij. Reg. xix. Panem em se vocat dicens. Ego sum panis viuus. Ioā. vj. Fuit em hic panis sub cinere positus, in igne decoctus: quando in humiliatione crucis fuit vilificatus & igne suæ dilectiōis crucifixus & mortuus. Oēs ergo electos ipsi oportet conformari: vt trāq; panis subcineritius cibꝰ dei fiant. iuxta illud apostoli ad Rom. viij. prędestinauit. s. electos suos conformes fieri imaginis filij sui. Istū igitur cibum. i. fideles baptismo christo incorporatos: a peccatis mūdaros: per dolores & labores cū charitate christo cōformatos: comedit sanctissima trinitas. i. sibi vnit & in se transformat in gl'ia Sed in conuiuio hoc nō ponitur subcineritius panis sine vitulo optime decocto: quia in mēsa diuinę glorię, nullꝰ

Tria sūt necessaria saluandis.

Furfur qd ē & qd signi ficat.

¶ beatus

beatus positus fuit anteq; Christus per vitulū designatus in ara crucis per passionē esset decoctus. Butyrū pingue: designat multitudinē meritorū christi & sanctorū. Lac aūt puritatē corporū. Et propterea se nobis dimisit in cibū in sacramēto altaris: vt aliquādo & nos efficiamur cibus ipsius transformati per conformitatē voluntatis in ipsum.

§. XIX. SEPTIMO VIDETVR deus imaginarie in dispositione regentis. Et hoc quo ad regimen spirituale electorū & angelorum. Et quo ad monarchias mūdiales. Et hoc exprimit visio Ezechielis quā habes. i. c. De quattuor animalibꝰ & rotis & homine sedēte super thronū, qui erat super firmamentū crystallinum quod extēdebat erat super capita animalium. Et quod regimen spūale exponit Grego. super Ezechielē: & ipsa expositio infra secundario ponitur. Quo ad regimen mūdiale exponit Nicolaus de Lyra super Ezechielē. s. de quattuor monarchijs mūdi. Et ipsa ponit primo Ezech. j. c. Et vidi &c. Hec visio imaginaria habet tres partes. Prima continet animalia apparentia. Secūda rotas apparentes iuxta ea. Tertia firmamētum apparēs super capita animalium: & desuper vestigiū hominis sedentis super thronum. Ad intellectū primę partis cōsiderandum ꝙ ,pphęta videbat imaginarie nubē magnā ab aquilone venientem igne involutā: eo modo quo apparet in coruscatione per apertu ram illius nubis: videbat quattuor aialia ex oīb⁹ similia. Licet aliqui dicāt ꝙ apparebat tātum vnū habēs quatuor facies) Sed pria expositio magis literæ cōcordat. s. ꝙ eēnt quattuor. Erat autem corpus animalis cuiuslibet eorum erectum super pedes: & in superiori parte quadratum: ita vt facies hois erat i parte aialis opposita: directe aspectui prophetæ: & dicitur pars anterior. In parte vero opposita siue posteriori, facies aquilæ erat: & in alijs duabꝰ partibꝰ sibi oppositis facies leonis & facies bouis: ita ꝙ facies leonis erat in dextra: respectu faciei hominis: & facies bouis in sinistra. Et dicit facies aquilę desuper ipsorū quattuor: qa aquila habet collū longū, & sic eleuabatur super alias tres facies. Et in quolibet animali erāt similiter quattuor alæ: quarū duę erant demisse ad corpus regendum: & duæ superius erectę ad volandū. Et per extensionē alarū erant ista animalia adinuicē iuncta: sicut hoīes in choreis: & in quolibet horū erāt quattuor manus similes manibus hominū: & similiter quattuor pedes: quorū tibię erant tales ꝙ flexa genua, equaliter flectebanf ad quattuor partes oppositas. Et similiter planta pedis, equaliter applicabilis, procedēdo ad quattuor partes oppositas. Et sic oīa illa animalia progredi poterāt, ad quattuor partes oppositas absq; corporis conuersione: sicut si homo haberet oculos in parte posteriori capitis: sicut habet in āteriori: & genua equaliter flexibilia ad partes quattuor: & plantas æqualiter applicabiles ad ipas partes: posset ambulare ad quatuor partes oppositas sine corporis ꝙuersione. Apparuit exinde vna rota cōposita ex duobus circulis, habens quatuor facies. i. quattuor semicirculos & aspectꝰ rotarum & opus earum quasi visio maris. i. talis coloris sicut videtur mare quādo est quietū: quasi si sit rota in medio rotæ id ē vna transiens per medium alterius intersecando se inuicem plena oculis. i. picturis ad modum oculorū sicut est in cauda pauonis. Quocūq; ibat spūs &c. id est ventus turbinis vel spūs viuificans qui erat in rotis. Et similitudo supra caput animalium quasi firmamenti: id est cœli stellati: & super firmamētū erat thronus saphyrinus. & super thronū effigies hominis sedentis, ad cuius nutū mouebanf animalia & rotæ. Pennę eorū rectæ. i. sursum erectę alteri⁹ ad alterum: qa tangebāt se extremitatibus: quasi sonū sublimis dei. i. tonū tonitrui: qui dicitur sonus dei quasi sonus ab eo factus. Cum starent demittebantur pennę illę: scilicet pennę quę erigebātur cū volabant: deinde demittebāf sicut fit, cū aues cessant a volatu. Cum fieret vox super firmamētum. i. præceptū sedentis in throno velut aspectum arcus. i. iridis qui est splendidus. Et sicut ignis inuoluens, sicut apparet in coruscationibus magnis: quattuor pennę erant q̄ttuor alę. Dicit ergo Nicolaus de Lyra: ꝙ designat propheta mala ventura de propinquo in Hierusalē maiora ꝙ paterētur translati in Babyloniam. Per ventum igitur turbinis & nubem: designat exercitū Babylonis venientem ab aquilone. Per ignem, incendentem: intelligitur incendiū ciuitatis & templi futurū. Per quaternariū animaliū & facierum & rotarū: intelligitur quaternarius numerus regnorū magnorū sibīnuicē succedentiū. s. Chaldeorū Persarum Græcorum & Romanorū: quę regna insecrauerūt populū Iudeorū. Nec mirū ꝙ idē numerus pluribus similitudinibꝰ figurat. Nam & Genē. xij. anni sterilitatis & sterilitatis, pluribꝰ rebus designati sunt. s. spicis & vaccis. Per hoc ergo leonis: quę ē prima fm descriptionem Hebręorū signatur regnum Chaldeorū seu Babyloniorū: quod fuit primū inter ista quattuor. Vñ & rex Babylonis frequēter vocat leo in scriptura. iuxta illud Hiere. iiij. Ascendit leo de cubili suo. Et fm aliquos habebat imaginē leonis in vexillo. Per hoc aūt ꝙ animalia & rotæ ibant ad quattuor partes: signat dilatatiōem istorū regnorū ad alias partes. Per velocē motū & terribilē aspectum: intelligit robur & ferocitas eorū. Per manus autem opera: eo ꝙ manꝰ est organū organor. Per firmamentū qui erat sup capita animaliū: signatur pars superior mundi quę est locus beatorū. Per sedētem in throno supra firmamentū signatur deꝰ presidens omni creaturæ & cœlesti & terrestri: ad cuius nutū omnia disponuntur. Vnde & ad præceptū sedentis in throno: aialia quiescebāt & mouebātur: qa ipse mutat tēpora & ętates: trāsfert regna atq; cōfirmat. Dan. ij. Per hoc autē ꝙ apparebat in forma humana: figurabatur ꝙ erat in tempe humanādus. Per hoc ꝙ apparebat in specie electri: qd' est auro vel argento fulgidius: figurabatur sapientia eⁱ⁹: cuius non est numerus. Per hoc ꝙ a parte superiori retinebaf a lūbis & sursum retinebatur splendorem interius: & in parte inferiori a lūbis & infra emittebat splēdorem exterius: intelligitur ꝙ diuina sapiētia (prout est in ipso) est nobis occulta. Manifestatur aūt nobis aliqualiter, p suos effectus fm ꝙ dr Rom. j. Inuisibilia dei per ea &c. Sic igitur in prædicta visiōe describif diuinæ prȩsidentiæ superuenięs status siue virtus. Et Greg. expositio. Primo ponit reprobor: cōditionem signatam in turbine: caligine & igne: ꝙs christus iudicat. Secundo electorū sanctā conuersationē, signatā in animalibus: & eorum circūstantijs, precipue de rotis sequentibus ea q̄ designāt sacra eloquia. Tertio angelorū perfectionem signatam in firmamēto & throno q̄ erant super aialia. Quarto christi dei & hoīs super omnes exaltationē & illustrationē similis hoī sedenti. Vidi: & ecce ventus turbinis veniebat ab aquilone &c. Quia ventus aquilo aerem ꝛstringit in frigore: nō incongrue turbationem maligni spiritꝰ designat. Venit ergo vētus turbinis ab aquilone: cum vitā ludaici populi malignus spūs in tēptatione ꝛcussit. Sequitur Nubes magna. Quia quāto plus exarsit in crudelitate: tāto amplius obcęcari meruit ignorātię caligine: ad cognoscendū christum. Et ignis inuolucs: qui designat malitiā persecutionis Iudęorū erga christū & suos: & splendor in circuitu eius. Quia dū persecutio in Iudæa acta est: apostolorū ,pdicatio diffusa est in mūdo vniuerso: & de medio eⁱ⁹ id est ignis quasi species electri. Electrum designat dominum Iesum christum. In electro em aurū: argentū: ignisq; miscetur. Et argentū ad claritatē crescit. Vñ & signat naturam humanā in christo: quasi crescentē ad gloriā & manifestationē suæ diuinitatis. Aurū vero a suo fulgore pallescit: & signat naturā diuinā i christo, quę a sui fulgore potētiæ per opera suæ humanitatis se tēperauit: & vtraq; natura diuina & humana in ipso vna ꝑsona fuit. Electrum ĝ in igne est deus, homo factus in persecutione. Et in medio eius, similitudo quattuor animalium eius: scilicet siue electri siue ignis. Per ista quattuor aialia signant q̄ttuor euā Euangelistæ: vel etiā omnes pfecti q̄ christo sunt vniti, & a malistarū lis persecuti perfecta opera iuxta euāgelica præcepta egerūt. Et huc aspectꝰ eorū similitudo hois in eis: qa videlicet

Expositio visionis.

Scd'a expositio Ezechielis prophetæ fm Gregorium

figura.

Universidad de Deusto
Biblioteca

sancti homines vitam similē tenent christo: qui per excellentiā dicitur homo in p̄senti: & demū similitudinem gl̄iæ cū ipso in corpore & anima i futuro recipiūt. Et quattuor facies vni⁹ et quattuor pēnæ vni: scilicet aialiū p̄dictorū: qa p̄ facie homo cognoscitur: et per fidem a deo cognoscimur et ipsum cognoscimus: ideo, per faciē fides sanctorū designatur. Et qa per pēnam in altū corpus auis subleuatur: ideo per pēnam cōtemplatio qua mens ad deū leuat significatur. Quattuor ergo facies vnicuiq; animaliū sūt: et quattuor penne: quia notitia fidei qua cognoscuntur a deo: ipa est in vno: quę est simul in quattuor, et similiter vna de eo cōtēplatio: ita vt facies pertineat ad notitiā humanitatis: et pēna ad cognitionē deitatis. Et pedes eorum pedes recti: quia, s. sancti ad mala mūdi quæ reliquerunt non reflectūtur. Et planta pedis eorū planta pedis vituli: quia scilicet p̄dicatores, et alij sancti, in locurioue habēt maturitatem: in actione fortitudinē: in mente discretionē designatā: in diuisiōe vngulę pedis vituli. Vitulus etiam mature incedit: et fortiter laborat. Et scirille; quasi aspect⁹ ęris candentis. Es qđ est sonorum, signat p̄dicationem: quia in omnem terram exiuit sonus eorum, s. apostolorū. Es candens: est p̄dicatio feruida & ignita. Scintillæ huius eris: sunt paruæ sententiæ de superna gloria ab eis expresse: quę auditores incendunt: sed loqui non valēt: eriā quod intelligunt. Et manus hominis sub pennis eorū in quattuor partibus. Per quattuor partes: possum⁹ principales quattuor virtutes accipere: ex quib⁹ reliquę orinnē videlicet prudētia: fortitudinem: iustitiam: ac temperātia. Per manus autē: actiua vita designatur: & per pennas: cōtemplatiua. Manus ergo hominis est sub pennis eorum: id est virtus operis sub volatu cōtemplationis: & actiua prior est tempore. Contēplatiua vero superior merito & dignitate. Et iuncte erant penne eorum, vnius ad alterum. Quia, s. omnis virtus sanctorum: omnis sapientia eorum (qua alios cōtemplationis volatu trāscendūt) vicissi⁹ sibi in pace atq; vnanimitate iunguntur. Non reuertebantur cū incederent. Quia sancti sic a terrænis actibus ad spiritualia transeunt: vt ad eaꝫ. s. terræna) nullarenus reflectātur: sed vnū quodq; ante faciem suam gradiebatur. Ante nos æterna sunt: & sancti viri in æternis quę appetunt pedem boni operis ponunt. Similitudo vultus eorū: facies hominis, & facies leonis a dextris ipsorū quattuor: facies autem vituli a sinistris ipsorum. Et facies aquilæ desuper ipsorum quattuor. Iste quattuor euangelistas: propter proprietatē materię, de qua agūt in euāgelijs suis similē predictis animalibus. Nam Marche⁹ agit de incarnatione: & ideo per hominem signatur. Marcus de predicatione resurrectionis: & ideo per leonem figuratur. Lucas de passione: & ideo per vitulū animal immolaticum figuratur. Incipit etiam euangeliū: & termīat circa tēplū. Ioannes de eius diuinitate: & ideo per aquilā altissime volantem describitur. Christus etiā de quo nascitur fuit homo: in incarnatione & conuersatione. Leo in resurrectione. Vitulus in passione. Aquila in ascensione. Quilibet etiam perfectas habet virtutes, per hæc animalia designatas. Dicitur autem facies hominis & leonis a dextris ipsorum: quia de incarnatione vnigeniti & resurrectione omnes electi lætati sunt. Facies vituli a sinistris aspicitur: quia de passione christi discipuli cōtristati sunt. Sinistrū enim dicimus: quod nobis est aduersum. Facies aquilæ desuper ipsorū dr: quia diuinitatē eius altius cęteris descripsit. Et facies eorū & pennæ eorū extentę. Quod omnis intētio operis: omnisq; cōtemplatio sanctoꝝ sup se tendit: vt possit adipisci quę in cœlestibus appetit. Duę pennę singuloꝝ iungebant: & duę tegebant corpora eoꝝ. Quattuor pēnæ horū animalium: quattuor virtutes sunt videlicet amor, et spes in futuris: timor et pœnitentia seu dolor de preteritis. Pennę ergo sibimet iunctę supi⁹ extēdunt: quia sanctorū mentes ad superna eleuantur. Iunctæ autē dicūt: qa sancti amāt cœlestia quæ sperāt: et sperant quæ amāt. Duę vero pēnę corpora tegebant: qa timor, et pœnitētia, a dei oculis: eorū mala p̄terita abscōdunt. Et vnūqd̄q; eorū, corā facie sua ambulabat. Qui se āte se ponit: vigilanter videt an defluat vel surgat: vel quotidie in bonis excrescat. Vbi erat impetus spūs, illuc gradiebant. Impetus spiritus est: incitamentum ad virtutes varias: qđ est a spiritu. Sicut impetus carnis quem sequuntur reprobi: est instigatio ad vitia varia. Et similitudo animaliū, quasi carbonum ignis ardentium: & quasi aspectus lampadum. Qui carbones tangit incenditur. Et hic qui cū sanctis cōuersatur: in dei amore exardescit. Lampas lucē suā longius spargit. Et sic vita sanctorum etiam, lōge posita, per bona exępla lucet & illuminat. Et in medio animaliū splēdor ignis: quia, s. ignis spūssancti a peccatorū rubigine mentē quā replet mundā reddit. Et de igne fulgur egredi ens. Quia ipse spūs ex se per electos flammas amoris proiecit: vt more coruscationis: & per terrorē feriat, & ad morē accendat. Et animalia ibant & reuertebant in similitudinē fulgoris coruscātis. Quod supradictū est: q̄ cum ipa animalia ibant & nō reuertebantur: intelligitur ad vitia nō recedunt: quę dimiserunt: quod autē hic dr: q̄ reuertebātur intelligitur: qa de cōtēplatiua vita seu contemplatione (in qua diu fixi manere nō possunt) ad vitā actiuā p studiū bonę operationis reuertuntur. Ex hoc in similitudinē fulguris: coruscantis: qa cœlestia loquētibus dū per eos supernū lumen intus micat: ad amorē cœlestis patriæ audītes inflāmar. Cūq; aspicerem animalia apparuit rota vna super terrā. Rota scriptura sacrā signat: quia ex oī parte ad auditorū mentes voluit: & nullo erroris angelo a predicationis suæ via retinet. Ex omni parte voluitur: quia inter aduersa & prospera: recte & humiliter incedit. Circulus quippe illius p̄ceptorū: modo deorsum est: qa ipsa (quę perfectioribus spūaliter dicūt) infirmis iuxta literā congruūt: & ipsa (quę paruuli iuxta literā intelligunt) docti viri per spiritalē intelligentiā in altum ducūt. Apparuit autē rota super terrā designantem peccatores: qa legē super corda peccātium deus, dedit: habēs quattuor facies: quę rota quattuor facies habere dicit ex eo q̄ scriptura sacra vtriusq; testamēti in quattuor partes est distincta. Vetus em̄ testamētū in lege: & propheris Nouū vero in euāgelijs atq; apostolorū actibus & dictis. Et aspectus rotarū & opus earum quasi visio maris: quia videlicet in sacris scripturis per rotam signatis magna sūt volumina sententiarum cumuli sensuum. Nec immerito mari scriptura similatur: quia firmantur in ea sentētiæ locutionis sacramēto baptismatis. Et aspectus earū & opera quasi sit rota in medio rotę. Rota intra rotam, est testamentū vetus. Rota veo in medio rotę est testa m iumno uū inveteri cōprehensū. Quod em̄ ibi futurū promittit in nouo ipletū ostendit. Per quattuor ptes earum ibant. Vadit rota p̄dicando eum quem promisit: & promissum ipletum ostendit. Et per quattuor partes vadit: qa in quattuor mūdi partibus redēptor (de quo loquitur) prædicat⁹ fuit. Et non reuertebātur, s. rotę cum ambularent: quia dū nouū testamentū non rescinditur: dum vetus nō carnaliter sed iā spūaliter intellectū tenetur. Post se non redeunt: quia vsq; ad finē mundi immutabilia persistunt. Statura quoq; erat rotis: & altitudo & horribilis aspect⁹: ad terrorem gehēnę cruciationis. Scriptura igitur sacra rotam designans: statură habet in rectitudine preceptionis. Altitudinē in celsitudine: supernæ p̄missionis. Horribilem v̄o aspectū: in minis supplicij sequentis. Et reuertens (pheta ad loquendū de animalibus predictis, dicit. Et totum corpus plenū oculis: in circuitu ipsarū quattuor: qa videlicet sanctorū actio ab oi parte circūspecta est: bona desiderabiliter prouidēs: & mala solicite cauens. Et ibi notatur, quō vitia sub specie virtutū suggeruntur. Cūq; animalia ambularent, ambulabāt pariter & rotę iuxta ea. Et cū eleuarentur animalia de terra: eleuabant⁹ simul & rotæ. Ambulabāt animalia: cū sancti viri in scriptura intelligūt, quę admodū moraliter viuant. Eleuātur vero a terra: cū se in contēplatione suspēdunt. Et qa vnusquisq; quanto i scriptura sacra p̄ficit: tanto & eadē scriptura p̄ficit apud ipsū ideo dr q̄ rotæ ambulabant, vel eleuabātur cū animalibus. Quocūq; ibat spūs & rotæ pariter eleuabantur sequētes eū. Quo em̄ spiritu, legētis tendit: illuc & diuina eloqa eleuantur. Legentis enim spiritus fiquid in eis scire mora le aut historicum querit: sensus hunc moralis historię sequ tur. Si qd typicum: mox figurata locutio, cognoscitur. Si quid cōtemplatiuum: statim rote quasi pennas accipiunt. Cum euntibus ibāt: & cū stantibus stabant: & cū eleuatis a terra pariter eleuabantur. Vadunt cū seuntibus: qa eos q se adutilitatē proximi extendunt: sacra eloquia dictorum suorum passus in eius itinere disponunt. Sant rotæ cum stantibus animalibus: qa eos qui fortes sunt in fide: vt adueršis eum⁹ resistant: & cōtradicentes reuincāt: rectitudinem suā sacra eloquia cōfirmāt. Cum eleuatis eleuant: qa inquātū quisq; ad alta contēplationis & perfectionis profecerit: tantum ei sacra eloquia de altioribus loquuntur. Spūs vitæ erat i rotis: quia, s. dilectionē dei & p̄ximi capi⁹ in eloquijs diuinis quæ vita ē aīæ. Et similitudo sup capita animalium firmamēti: quasi aspect⁹ crystalli horribilis. Nomine firmamēti: pōt intelligi angelica natura quæ creata est, cū libero arbitrio flexibili ad bonū & malū. Quibusdā aūt ex eis labentib⁹ alij cōfirmati sunt: ita vt iā fluere nō possint: et ideo signātur congrue p crystallū qđ ex aq̄ fluxibili fit: sed ita obduraf vt liquefieri nō possit. Horribilis dr ille crystallus: qa nobis pauendę sūt ągelicę potestates: et sup capita animaliū extētum dr: qa supra intellectū nostrū sunt p̄sertio et gloria earū. Sub firmamēto aūt pennæ eoꝝ rectę alteri⁹ ad alterū. Tūc pennæ animaliū rectæ sunt alteri⁹ ad alterū: quando bonum qđ qs habet, p̄ximo studet cōmunicare subtrahā videlicet tēporalē vel doctrinā et hmōi. Et audiebāt sonū alarū quasi sonū aquarum multarū: quia, s. ille vtutū sonus, q in aures dei pri⁹ ex paucis sanctis incarnato dño factus est postea diffusa p̄dicatiōe de christo per orbem ex aquis multis, i. ex pplis innumeris conuersus multiplicatus est: quasi sonum sublimis dei: qa videlicet ipe de⁹ ipler mentes sanctorū et cordib⁹ eorū amorē ifundit: ipse ex amantibus cordibus suscipit precē. Vel qa laudē dei: quā prius pauci sancti postea multi cōuersi in mūdo: predicauerūt. Demū in cœlo vniti cum capite suo christo sine fine plene laudabunt. Et cum ambularēt: quasi son⁹ erat multitudinis: vt sonitus castrorū. Animalia ābulār: cū sancti prædicādo: et ad fidē trahēdo discurrunt. Et qa quos cōuertūt in laudē cōditoris simul exurgūt: fit quasi sonus multitudinis. Et qa in p̄dicatione eadē, bellū cōtra dęmones cōuersi assumunt: ideo dr quasi sonitus castrorū. Castra em̄ multitudines exercitus dicūtur. Et cū fieret vox sup firmamētū: qđ erat sup capita eorū: stabāt & submittebāt alas suas. Quia videlicet sctōꝝ mentes, cū creatoris sui potentiā intenta contēplatione cōsiderāt: vilescūt eoꝝ animo vtutes: quas habēt. Et hoc est submittere alas: quæ virtutes signāt. Vel etiā cū cōsiderāt iudicia dei: quæ consideratio vox dr: sup firmamentū: timent & se humiliāt quā tūcunq; sancti sint. Et sup firmamētum imminens capiti eorū quasi aspect⁹ lapidis sapphyri similitudo throni. Thronus: designat angelos supremos: sicut firmamētum inferiores. Sapphyrus q haber colorē aereum: & significat dignitatē & perfectionē maiorē superiorū ągelorū. Et super thronū: quasi aspectus hois desuper: qa videlicet sup angelos etiā supræmos eleuatus est homo Iesus christus deus noster. Et vidi quasi speciē electri, s. illū hoiem sup thronū: qa videlicet vtraq; natura diuina & humana in xpo ē vt supra expositū est, de electro. Velut aspect⁹ ignis itrin secus: per circuitum eius a lūbis & desuper. Et a lūbis vsq; deorsum quasi speciem ignis splēdentis in circuitu: qa, s. ante incarnationē quæ in lūbis designat vnigeniti dei sola Iudæa intra se ardorem amoris eius habuit. Sed post in carnationē eius ignis resplēduit: qa vniuerso mūdo gētibus claritatē spūssancti effudit. Vel etiā angelos ad amorem sui per diuinitatē tenuit: & hoies ad sancti ardoris sui desiderium ex humanitate reuocauit. Hec omnia Grego.

§. XX. QVANTVM AD TERTIUM PRICIPALE, QD NORAT IN AUCTORITATE APLI.

Quantū ad primū dixit paterfamiliasꝭqui signat domi nū deū:quibusdā stātibus in foro.Quid hic statis tota die ociosi:ite & vos,vt habetur parabolice Mat.xx. Ire enim est operari.Et qua via eūdum sit:docet Pē.lxxxiij.dicens. Ibūt de virtute in virtutem.i.de opere vnius virtutis ad opus alterius:& de bono in melius. Et quo tādem perveniatur ostēdit idē Pē.xlj.Effudi in me animā meā:exeundo.s.de potētns aiæ,ad actus virtutum:& quasi declarans ista effusionem:subdit. Quoniā transibo in locū taberna culi admirabilis.s.cōscientiæ:quæ tabernaculū & domus dr:vsq̄ ad domū dei.s.supnæ glorię. Quantū ad secundū sciendū:q̄ tunc qs vadit in domū suam quādo operat ꝑm rectam cōscietiā. Nā q̄ dom⁹:significet cōscientiā patet p illud Eccl'.xxvij.Si nō tenueris te instāter in timore dñi cito subuertit domus.i.conscietia tua. Tertiū seruandum est:q̄ ita qs ingrediatur domū suā.i.cōscietiā ad diligēter perscrutandū:q̄ non intret aliena curiose inquirēdo vitā aliorū:qa minus tūc vacare poterit.Vñ dr Prouerb,xxiij Nō quæras impietatē in domo iusti.i,in cōscietia nec vastes requiē eius.Reuertēdo autē ad scd'm membrum.Notandū q̄ ad hoc vt cōscientia sit recta:debet se habere:ad modū domus materialis peroptimę dispositæ:quā dispositionē notat Salomon Prouer.ix,vbi dr.Sapientia ædificauit sibi domū.i.cōscientiam:& excidit colūnas septē: immolauit victimas:miscuit vinū & posuit mēsā.

Dom⁹ significat ꝓscietiam.

¶Est ergo prima cōditio dom⁹ bene dispositæ:vt ꝓgruēter ædificetur.vñ dicit.Sapientia ædificauit sibi domū.

Scd'a est,vt firmiter sustētetur.vñ subdit.Excidit columnas septem:scilicet ad sustentandum.

¶Tertia est:vt delectabiliter ibi quietetur,vñ concludit. Immolauit victimas:miscuit vinū & posuit mensam.

Certe huic domui sic bene dispositę: congruit illud qd' dixit christus Zachæo.Salus huic domui facta est,Luc.xix.

Qualiē domus ꝓscietię ꝓgruēt

Et glibet sic ꝓscientiā suā deberet aptare:vt sic esset recta. Vñ in figurā dictū fuit Ezechię.Dispone domui tuę, Esa. xxxviij.id est cōscientiæ:eā ordinādo. Quantū ad primū scilicet ad hoc:vt dom⁹ ꝓscietię ꝓgruēter ꝑficiē:oportet ꝑficaē ꝙ fundamentum iaciaē solidū:paries erigaē in altū:tectū ponatur desursum:solaria intra multiplicēē in mediū.Solidū autē fundamētū est petra:petra autē erat christus ait apl's.i.significat christū. Et fundamentum aliud in domo s.rectæ conscientiæ:nemo pōt ponere prēter id.qd' positū est:qd' ē christ⁹ Iesus.j.ad Cor.iij.hoc est fides eius, Vnde & saluator noster loquēs de viro sapiēti dicit:ꝙ ꝑficauit domū suā supra petrā.Mat,vij.id est cōscientiā suā:sic per verā fidē doctrinę eius.Et ideo(vt subdit ibi)descēdē te pluuia.s.tētationū: quæ sunt a demonns existētibus in aere:& flantib⁹ vētis:ambitionis & inanis gloriæ:q̄ sunt a mūdo & supueniētib⁹ fluminib⁹ cōcupiscētiarū q̄ sunt a carne:& irruētibus in illā domū:nō cecidit.sed stetit: qa fundata erat supra firmā petrā. Paries:qui a fundamento surgit & versus cœlū erigit:est spes procedēs a fide & respiciens dei ꝓmissum:q paries ad modū domus est q̄druplex:videlicet expectatio præmij in cœlis:expectatio venię de pēctis:expectatio auxilij in agēdis:& expectatio refrigerij in aduersis.Vñ apl's.ij.ad Cor.v. Habem⁹ domū nō manufactā.s.cōscietiā:in cœlis:videlicet p spē. Tectū talis domus,s.cōscientiæ rectæ:est charitas. De qua dicit Prouer.x.Vniuersa delicta operit charitas.Hæc oia sustinet:sicut tectū dom⁹.s.grādinē:calorē,& hmōi:quæ signi ficāt tribulationes.Respicit etiā tectum in extremitatibus suis terrā:qa nō solū cōtēplatur deū i altitudine:sed etiā inclinat ad sustragādū ꝓximo.In cui⁹ figurā: paralyticus iacens in lecto:a quibusdam per tectum dom⁹ fuit submissus ante christū,& inde curatus,vt habetur Mat.ix.&Luc. v. Solaria huius domus sunt quattuor.de quibus dicitur Sap.viij.Sobrietatē & sapientiā docet:iustitiā & virtutē: qb⁹ vtilius nihil est in vita hoibus.Est igitur primum solariū sobrietas seu tēperantia:quæ facit abstinere a superfluis delectationibus:& in hoc solario sunt plures cameræ siue officinę.s.virtutes ei annexę: de qbus nūc nō oportet dicere,breuitatis causa.Scd'm solariū dr sapientia:q̄ ꝑcauet insidias in agēdis:habēs cameras suas:videlicet virtutes annexas,Tertiū est iustitia:in malis vitādis,ꝓximoꝝ in miserns subleuandis:habens & ipsa multas cameras.i. virtutes annexas. Quartū est virtus.i.fortitudo in perferendis molestns cū suis cameris.i.virtutibus annexis.Vade ergo in domū tuā.i.conscientiā sic recte ædificatā de solario in solariū:& de officina in officinā: & de camera in camerā virtutū discurrēdo:&sic recte operaberis.Hanc tn domū cōscientiæ nō tu:sed principaliter deus ædificat.Et ideo bene dr:ꝙ sapiētia(.s.christus)ędificauit sibi domū.

Fundamentū.

Paries.

Tectū.

Solaria

Quantū ad scd'm ad hoc:vt dom⁹ firmiter sustentetur: cū lata est & alta:requirunt plures colūnæ:quæ sustineāt pōdus.Septē autē colūnas sapiētia excidit ad stabilicdū & sustentandū domū conscietię:al's propter diuersos impulsus vitiorū corrueret.Et sunt hæ septē colūnæ septē cōditiones veræ pœnitētiæ:quas ponit apl's.ij.ad Cor.vij.di. Quæ em ꝑm deū tristitia est:pœnitētiam in salutē stabilē operat.Operat em in nobis solicitudinē:sed desiderium: sed defensionē:sed indignationem:sed timorē:sed æmula tionē:sed vindictā,ꝑm Hug.cardi. Est igit prima colūna regrūt solicitudo.Sed bene custodiēdū sensus suos:q sunt fenestræ aię seu portæ per quas ingredif diabolus,vt furet he mū ꝓsaurę virtutū.Vnde solicite vigilare oportet:ꝙ docet christus Mat,xxiij.Si sciret paterfamilias:qua hora fur ventu quid irus esset:vigilaret vtiq;:&nō sineret perfodi domū suam. gnifica

Septē dona

Scd'a est desideriū.s.placendi deo:qui est seruor charitatis multū domū cōscientię fortificans:&absorbēs peccata quotidiana:sicut ignis guttas aquę.In huius figuram Zacheus desideras christū videre:& non valens ,ꝑpter parvitatē staturę:ascēdit in arborē sycomorū:propter qd' desiderīū christus dixit. Descēde: qa in domo tua oportet me manere, Ascēsio autē in arborē:signat ascēsum mētis ꝑ meditationē:&affectū ad crucē seu passionē christi.Circa qd' dixit Bern.sup. Cañ. Quid efficatius ad curandū cōscientiæ vulnera:necnon ad purgandū aiæ mentem:q̄ christi vulnerū:sedula meditatio. Tertia colūna dr defensio:vt si cū inimicus vult circūdare domū conscietię:&intrare p desperationē vel lasciuiam vel p aliā vitia:defendat se qs viriliter resistendo.Quod qa nō fecit mulier:quę fuit posita ad custodiā domus Isboseth regis Israel: sed dormitauit:intrātes duo prīcipes latronū domum occiderūt ipm regē percutientes in inguine.vt habeē.ij.Reg.iiij.Ad figurandū ꝙ si mulier.i.ratio:nō defendit se cōtra tētationes: sed dormiat

Cōscientia mala.

Septem fructus bonæ ꝓscientię.

Luc,xix

Pē.v.

sed dormiat:occidit animus & domus cōscientię spoliat.

Quarta colūna dr indignatio ꝑa seipsum: detestādo peccatū cōmissum:inquātum est dei offensa. Et quāto qs magis indignat & detestat peccatū: tanto fortior est colūna. Non aūt debet qs indignari cōtra naturā pctōris vel cōtra personā eū:ad misericordiā suscipientis.Sicut indignatus est frater ,pdigi de patre suscipiente ipm prodigū reuertentē ad pœnitentiā & ad domū paternā:adeo indignatus:ꝙ noluit in domū introire.Sed ipe ,pdigus indignatus cōtra suā culpam,intrauit domū:&honorabiliter susceptus est.Quinta columna est timor:qui in pctōribus aliqualiter dispositis in cōscientia:solet esse principaliter de pœnis inferni.Et hic timor:licet nō sit sufficiēs ad salutem:tn cauere facit a multis malis.Et ideo bonus. Timor em dñi expellit pctm: vt dr Eccl'.j.Sed in recte conscietia tis:timor iste est de nō offendendo deū:ne amittat gra beatitudinis ei⁹:& iste est necessarius.Vñ Eccl'.xxvij.dr. Si nō in timore dñi tenueris te instārter:cito subuertetur domus tua.Sexta colūna est æmulatio illa:videlicet de q̄ dicit apl's. Aemulamini charismata meliora.s. ad Cor.xij. Hæc æmulatio:iportat affectū magnū habēdi dona spiritualia:quæ videt i ꝓximo:cū quadā tristitia de defectu illorū bonorum:quæ i se esse nō videt.Et hoc facit hoiem habuisse Martha:q̄ christū excepit in domū suā. vt dr Luc.x. ꝓpter qd' quasi dolēs:ꝙ soror sua erat magis dedita spūalibus:qa sedēs secus pedes dñi:audiebat verbū illius dixit christo.Dne.nō est tibi curæ: ꝙ soror mea reliqt me solā ministrare? Septima columna dr vindicta.i.punitio de ipsis pctis.Quāto em qs plus peccauit & grauius: tāto magis debet dolere:& se corporaliē affligere. Est em pœnitētia(vt dicit Aug.)quædā dolētis vindicta:puniēs i se qd' dolet cōmisisse.de pœni.di.iij.pœnitētia. Qd' optime seruauit Maria Magdalena:quādo intrās in domum vbi christus erat:strās retro:lachrymis cœpit rigare pedes &c. Luce.vñ.Has igit septē colūnas:domū cōscientiæ sustētantes sapiētia christus excidit ex se ,pcedentes:,pponens etiā homo per liberū arbitrium in domo cōscientię habitare: supponit has etiam colūnas,Vade ergo i domū:ad hmōi colūnas supponendū vel reficiendū.Possunt etiā intelligi ꝑ has colūnas:septē dona spūssancti.Quantum ad tertiū principale dico ꝙ ad bonitatē domus requirit ꝙ dele

Pœnitentia quæm Aug. Exēplū magdalēæ pœnitētis.

Tria

Dom⁹ ꝓscię tis in domo

stentari

Septē

Circa septem ꝓscietiā sunt dif ferētie hoim

stabiliter ibi homo quieteē. dr em Prouer.xxvij.ꝙ fum⁹: & hoc ideo,qa iquietat ipm. Et fumus: quidē qui in altū ascēdit est mētis elatio, Mulier litigiosa: est sensualitatis contradictio:ad spiritū.Sullicidiū:est pctōr: &si paruor: vilipēsio:seu curationis eorū neglectio .Sed diuina sapiētia:in domo cōscientiæ quā ædificauit:vt sibi sit quies & lætitia:posuit mēsam sacror: æloquior: bonor: spiritualiū:q̄ defendūt nos,ꝓra volētes iqerare,Vñ pē.xxxij. Parasti in cōspectu meo mēsam:aduersus eos :qui tribulant me.Immolauit victimas.i.sacrificia christi & sanctorum quib⁹ seipsos obtulerunt morti.Proposuit vt in eucharistia,& alijs sacramētis.Sic pater filio prodigo in domum reuerso:obtulit vitulū saginatū i æsum.Miscuit etiam vinū:qd' lætificat cor hoīs:& oēm mentē facit securā,vt dr ij.Esdræ.iij.id est spūalem cōsolationē & lætitiā.De q̄ domo cōscietiæ:sic præparata dicit Sapiens. Intrās in domū meā(scilicet ꝓscietiæ)cōquescā ecē illa.Nō em habet amaritudinē cōuersatio illius:nec tædiū conuictus illi⁹:sed lęti tiā & gaudiū.Sap.viij.Quod gaudiū: causaē ex septē fructib⁹ ipsi⁹ cōscietiæ:qbus fruit,scilicet ivita ꝓsenti. Et hoc primus est:qa ipsa est radix charitatis.Vnde.j.ad Tim. Finis præcepti est charitas: de corde puro &cōscietia bona scilicet ,pcedēs.Et Bern.i lib.de cōsideratione. Fortitudo tua:fiducia fidelis cōscietiæ, Secūdus fructus est:nitor veritatis.Vñ Pē.orabat.Dirige i conspectu tuo viā meā, Glos.i ꝓspectu tuo.i.in cōscietia.vbi solus de⁹ videt: via quæ ducit:est via veritatis(& subdit)qm non est i ore eorū veritas.s.inimicor:q falso opinant de ꝓscietia alteri⁹. Sed(vt dicit Greg.)Quę enim cōscietia defendit:liber est inter accusatiōes:&liber sine accusatione esse nō potest:si sola:q̄ interius adijcit:cōscientia accuset.xj.q.iij.in cūctis.

Septem fructus bonæ ꝓscientię.

Tertius fructus est:ornat⁹ venustatis,s.aiæ quæ ē spōsa christi.Vñ dicit ipe sponsus:aiæ sanctæ Cañ.iij. Q̄ pulchra es amica mea:q̄ ꝑchra.s.q̄ ad iteriorē dispositionē,

& exteriorē cōuersationē.Et ideo dicit bispulchra :oculi tui colūbarū ꝙ diligētē circūspectionē absq; eo qd' intrinsecus latet:scilicet i cōscietia:per bonor: ornatū.s.ꝓpositionē.Quartus est:retractorius a pctis. Quē em conscietia mordet & stimulat ꝙ aliqd sit illicitū: ꝑ hoc retrahitur a pctō:in quo labi posset. Considerat enim illud laco.iij. Scienti bonū:& nō faciēti:pctm est illi.Et.ij.Pet.ij. Melius erat illis nō cognoscere viam iustitiæ:q̄ post agnitionem retrorsum cōuerti ab eo:qd' illis traditū est sancto mādato. Nec tn propter hoc fugiendū est ad larebras ignorantiæ:(vt dicit Aug.)Quia affectata ignorātia: peccatū auget:nō minuit.Et ꝙ cōscietia retrahat a malo, & ꝓuocet ad bonū,ostendit Prouer.xij.Et q promittit &ipsi gladio pungitur ꝓscientiæ.Nā instinctus ꝓscientiæ: ,pmittit præmiū benefacienti,& pungit minādo pœnā æternā :bona negligēti. Quint⁹ est thesaurus honestatis.de q̄ Eccl'i xiij. Bona est substantia:cui non est peccatum in conscientia. Quod tā de substātia rerū terrenarū: q̄ spiritualiū intelligi pōt:vt.s.nec de virtutib⁹,nec scietia superbiat: & tēporalia illicite nō retineat.Hinc Cassiod'.i epistis. Quid acquirit(ait)putatur? vbi bona ꝓscietia perditur:aut in qua parte possit homo ,pficere:si innocentiam ,pbatus fuerit amisisse.Sextus est testimoniū bonitatis.ad Rom.ij. Testimonium illis reddente ꝓscientia ipsor:. Vñ Greg. sup Ezech. Quid ,pdest:si oēs laudēt, et cōscientia accusēt? aut qd potest obesse:si oēs derogēt,& ꝓscientia defendat? Et Bern. sup Cañ. Omnino sufficit aduersum nos loquentium inqua:opinio bonorū cū testimonio cōscientiæ. Septimus fructus bonę cōscientię est: cōuiuiū delectabile. Nā vt dr Prouer.xv. Mens secura:q̄si iuge conuiuium: securitatem autē mētis:facit bona cōscientia. Vñ & sapientia parauit mēsam:miscuit vinū:quod vinū etiā intelligi pōt de sanguine christi:q principaliter operaē cōscientiæ bonitatē. Vñ apl's ad Heb.ix.Sanguis christi emūdauit ꝓscientiam nostrā:ab operib⁹ mortis,ad seruiēdū deo viuēti.Quantū ad quartū de ornatu domus requirit: ꝙ sit picturata .i. exēplis sanctorū edocta. Vñ quidā rex turpis specie : cubi culū suū depingi fecit pulcherrimis imaginib⁹:vt earum aspectu,vxor sua pulchrū pareret filiū.Cur christian⁹: domū suę ꝓscientię,in memoria bonorū exēplor: non depinget:vt vxor sensualitatis:,ples virtutū gignat? Scd'o requirit ad ornatū domus:ꝙ sit odorib⁹ nō fœtoribus refer ta.qd' fit ꝑ bonā famā:ex honesta ꝙuersatiōe & virtuosa. Vñ apl's.ij.ad Cor.ij. Christi bon⁹ odor sumus deo in oi loco.Et i figuram hui⁹ dr de domo.vbi christo facta ē cæna a Martha & Maria:ꝙ dom⁹ repleta est ex odore vnguēti.Io.xij.Tertio ꝑtinet ad ornatū dom⁹:vt sit bene illustra lumine gr̄æ vel lucernæ lumina scripturæ veritatis. Vnde etiā in figurā mulier:vt adinueniret drachmā:accēdit lucernā & euertit domū:vt habeē parabolice Luc.xv.

Cōscię tię ornatus.

§.VII. SED QVAERI POTEST:

vtrū qs scire valeat se habere rectā ꝓscietiā lumine.s. gr̄æ illustratā an non? Ad qd' respōdet ꝑm Alexan. de Hales. ꝙ septē sunt differētiæ hoim:circa hmōi attendēdæ. Alię em putant se habere bonam ꝓscientiam & gratiā seu charitatem:sed neutrū habent.alij sciunt ꝙ illā non habēt. alij dubitāt de hoc.alij opinātur ꝙ habeant gratiā & bonā cōscientiā.alij experiūtur:sed nō habēt de hoc ꝓscientiā. alij hoc sciūt tantū per reuelationē:septimi hoc sciūt per causam & certā visionē.Primi ergo sunt infideles &hęretici: immo etiā christiani qdam repidi:qui non illustrātes cōscientiā suā ex ignorātia crassa:mortalia cōmunia: nō credūt mortalia esse. Vñ in his perseuerāt:& sacramentū cuiusq; indigne percipiunt:propter quod dicit apl's.j.ad Cor.xj.Probet aūt seipm homo.i.conscientiā examinet: &sic de pane illo ædat.In tali cæcitate, fuit aliquādo Paulus:vt ipse testatur. Nā captus a romana militia Hierosolymis Iudæos:ad quor: petitionem captus fuerat:sic allo quitur . Ego omni conscientia bona cōuersatus sum ante deū:vsq; in hodiernū die. Act'.xxiij.Qui tn ꝑsecut⁹ fuerat ecclesiā:putans bene facere.Secūdi sunt qui sciūt se habere nō bonam cōscientiam vt hi q sciunt se esse in mortali actu vel ,ppositio nō pœnitētes: ad quos pōt illud dirigi. Eccl's.vij.Scit ꝓscietia tua : qa tu crebro maledixisti alijs.

Circa ꝓscietiā

Tertij sunt qui dubitāt se habere bonā ꝓscientiam: qui scilicet habēt rationes æque fortes ad hoc: ꝙ sint i gratia:

Universidad de Deusto
Biblioteca

ficut ad oppositū: puta, cū vident se esse tepidos in amando deū: non habendo affectū orādi. & ad alia spūalia: vel multū remissum: parū dolorē sentire de peccatis: & hmōi Et ex opposito cōsiderant: nullā voluntatē se habere peccandi mortaliter: sed ꝓpositū abstinēdi: detestari peccata cōmissa ratione & hmōi. Tales dicere possunt illud apli. Nihil mihi cōscius sum: sed nō in hoc iustificat⁹ sum. ſ. ad Cor. iij. Quarti opinantur se habere bonā cōscientiā: & se esse in gratia: etiā ꝓbabiliter cū formidine tamē aliqua de opposito: sicut illi: qui vident se seruētes in amore dei et ꝓximi: & amare lugere dei offensas: paratos ad sufferendum aduersa. Sentiunt tamen aliquando rebellionē carnis: ad ſpm & fragilitatē: & hi dicere val̄ illud. ꝛ. Cor. i. Gloria nr̄a hæc est: testimonium cōscientiæ nostrę ꝙ in simplicitate cordis & ſynceritate dei: & nō in sapiētia carnali. sed in gratia cōuersati sumus. Quinti experiuntur se habere gratiā a bona cōscientia: sicut illi qui sentiūt dulcedinem diuinæ bonitatis in oratione: & gustāt q̄ suauis est dns: ad qđ inuitat ps. xxxiij. Gustate & videte qm̄ suauis est dns: btūs vir qui sperat in eo. Gustate ait. ſ. notitia experimentali & affectiua causata: ex re vnita sensui: gustus. ſ. & affect⁹. Videte. ſ. contēplādo eius bonitatem: qm̄ suauis est dns aiæ. quærenti eum & gratiæ possessionem. Beatus vir qui sperat in eo. ſ. habens cōscientiā bonam. Nam ꝙ cōscientia bona significet spem. patet ex illo apli. j. ad Tim. j. Charitas de corde puro. ſ. procedit: & cōscientia bona vbi glos. i. spe vera quę causat ex dei amicitia: sicut & spes causat ex bona cōscientia. Ista tn̄ cognitio non est per mediū infallibile: sed ꝑ signa. Et ꝙ de bona cōscientia queat haberi experimētalis cognitio: ꝓbatur Apoc. ij. vbi dr̄. vincenti dabo māna absconditū. Vincenti. ſ. vitia dabo māna absconditū. i. dulcedinē ex inhabitatione christi in domo cōscientiæ. Absconditū: qa ab alijs nō videtur: nec clare a seipō sentitur. Et dabo ei calculū cādidū i. habitum gratiæ & charitatis. quæ gratia lucet & emundat: inde dr̄ candidum. Calculus aūt hic: dicitur carbunculus: et nomē nouū scriptū: qđ nemo scit nisi qui accipit: hoc nomē est: quo filij dei per adoptionē efficimur. Sexti sunt q sciunt se habere bonā cōscientiā & gr̄am per reuelationē dei qđ habuit Abrahā: qn̄ dns ei dixit ꝑ angelum Nunc cognoui ꝙ timeas deum. Ge. n. xxj. Cognoui. i. cognoscere te feci: ꝙ timeas deum. ſ. timore filiali: q sine gr̄a et conscientia bona esse nō potest. Septimi sunt: qui sciūt per causam rei vel rationē rei: vt hi qui clare viderūt diuinam essentiā in vita pn̄ti: sicut moyses in veteri testamēto: & Paulus in nouo: qn̄ raptus fuit ad tertium cœlum. Vnde ipse dicebat. Certus sum: ꝙ nec mors nec vita &c. separabunt nos a charitate christi. ad Roma. viij.

Vincētiū māna.

Dom⁹ cōscientiæ efficit speluncā latronū ex septē malis.

§. VIII. HAEC ERGO BONA

cōscientia dr̄ domus. de q̄ christus dixit. Domus mea: domus orationis vocabitur. Et de mala subdit. Vos aūt fecistis illā speluncā latronū. Mar. xxj. Facit aliquis domū cōscientiæ speluncā latronū ex septē malis: q̄ reperiūtur in ea. Et primū est: qa bellū intestinū generat: dūvna cogitatio alteri recalcitrat. Sen̄. Timidū nō facit aim: nisi reprehensibilis vitæ conscientia. Sec̄m malū est: quia ꝓximū enecat: qa cū quis abintra habituatus mala cōscientia: ad extra mala opari incipit ꝓximo: causa ruinæ insistit. Vñ apl̄s. ſ. ad Cor. vij. Si qs viderit eum: q habet scientiā in idolio recūbentē: nōne conscientia eius (cū sit infirma) ædificatur ad māducandū idolothita: & peribit infirmus frater in cōscientia tua. Tertiū: mūda immūda sibi apritat seu facit ad Titū. j. Omnia mūda mundis: coinquinatis aūt & infidelib⁹ nihil est mundū: sed inquinatæ sunt eor̄ mēs & conscientia. Quartū malum est: quia difficilē viā partitur cū iniustis: q dicit Sap̄. v. Ambulauim⁹ vias difficiles Quod cōtrariū suadet apl̄s ad Hæb. x. dicens. Accedamus ad sacerdotē magnū christum cū vero corde: in plenitudine fidei: aspersi corda a cōscientia mala. Hinc & Sen̄. Mala conscientia: sæpe tuta est: secura nunq̄. Quintū: ad erro rem adiuuat: it vt nōnunq̄ ad hæresim inducat. ſ. Timo. iiij. In nouissimis temporibus discedent quidā a fide: attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi: loquentiū mendaciū: & cauteriatam habētiū suā cōscientiam. i. corruptā & concupiscentiā adustā. Sextum ad gehennam ædificat. Omne em̄ qđ cōtra cōscientiā fit: etiam erroneā si durat: vel quod non est ex bona cōscientia: ædificat ad gehennā. xxviij. q. j. oēs. Septimū malū est quia tristitiā cōtinuat in magnū grauamē aiæ. Sap̄. xvij. Semp præsumit sæua perturbata conscientia. Et Iſido. dicit. nulla pœna grauior: q̄m mala conscientia.

§. IX. DE CONSCIENTIA SCRVpulosa: pōt exponi illd ꝑ ps. luiij. Saluū me fecit. ſ. de⁹ a pusillanimitate spūs & tēpestate. Vbi tria possunt notari.

Triado cumēta

¶ Primum est: scrupulosæ conscientiæ fanatio ibi. Saluū me fecit.

¶ Secundum: scrupulosæ conscientiæ causatio. ibi. A pusillanimitate.

¶ Tertium: scrupulosæ cōscientiæ nociua aggrauatio seu propagatio. ibi. Et tempestate.

Quid est scrupulus.

Incipiendo autem a sc̄o ordinatius loquamur. Sciēdum ꝙ scrupul⁹ est: vacillatio q̄dā consurgens cū formidine: ex aliquib⁹ cōiecturis debilib⁹ & incertis. Vñ videt esse scrupulus id: qđ apud alios dr̄: pusillanimitas: quæ ē tædio seu timore rerum aduersarū iners: & inconsiderata fracti animi deiectio. Et sic vtrūq̄. ſ. tam scrupulus: q̄ pusillanimitas importat: inordinatū timorē. Vnde ipse scrupulus quibusdā vocat erronea conscientia: ab alijs timor conscientiæ: & ab alijs pusillanimitas. Cōtra qđ dr̄ Eccl̄i vij. Noli esse pusillanimis: in animo tuo. Sciendum autē ꝫm Alber. in lib. de quatuor coeuis: ꝙ differentia est inter scientiā: fidē: opinionē: dubitationē: & scrupulū seu suspitionē. Nam sciētia ꝓprie est eor̄: q̄ cognoscunt per causā et quia impossibile est aliter se habere. Fides aūt est: perfecta persuasio vni⁹ partis seu cōclusionis: per multa ꝓbabilia vel auctoritatē dicentē: & hoc etiā appellat crudelitas & cōscientia. Opinio aūt est acceptio vnius partis: cū formidine alterius: ita tn̄ ꝙ ad illam quam formidat: nō habetur ratio expressa: formidatur tamen ꝓpter debilitatem rationis alterius partis. Dubitatio vero est intermitus motus rationis: super vtrāq̄ partem contradictionis ꝑ æqualia media: ita ꝙ nō magis pēdet ad vnam partē q̄m ad aliā: & hæc etiā dr̄ ambiguitas. Demū scrupul⁹ ex leuibus cōiecturis seu medijs & multū debilib⁹ mouet ad vnā partiū. Et hic etiam dr̄ suspitio & pusillanimitas spūs: q̄ repellenda est. Vñ dr̄. vj. q. j. oues. Omnis suspitio potius est repellenda: q̄m approbanda vel recipienda. Et ratio assignatur in. iij. parte: cū dr̄. Et tēpestate. In qua quidē tertia parte notatur effectus nociuus: qui sequitur ex ipsa pusillanimitate seu scrupulo. Inducit em̄ ad quoddā tedium et tristitiā aggrauantem aim: vt nil boni agere libeat. Et sic velut tēpestas: que descendit in ægyptum: consumpsit omne qđ reperit viride. Sic tristitia: procedens ex scrupulo cōsumit vigorē & robur animi. Diminuit etiā audaciā aliorū ad bonū sui exēplo. Propter qđ dns ꝑcepit: ꝙ hi q erant cum Gedeone pugnaturi cōtra hostes formidolosi: & pusillanimes: non irent cū alijs: sed reuerterētur domū: ne videlicet ex timore fugiēdo alios audaciam debilitarent: Vt habet Iudic. vij. Et in figura scribit Ione. j. ꝙ hi q nauigabāt cū Iona ꝓpheta orta tempestate in mari oēs timuerunt valde: sed ipso Iona ab eis semoto cessauit tēpestas & securi facti sunt. Inducit demū scrupulosa cōscientia tempestatē desperationis: a qua liberari se petebat ps. lxvij. di. Non me demergat tēpestas aquæ. ſ. desperationis. Vñ & Bern̄. Pusillanimitas parit perturbationē: perturbatio desperationē: desperatio vero interimit. In cui⁹ figurā legit. j. Machab. ij. ꝙ quidā scrupulosi ex societate Machabeorū: quia noluerunt se defendere contra hostes bellantes aduersus eos in die sabbati: timētes: ne propter hoc violarent sabbatū. occisi sunt ab eis, Causatur autem ista scrupulositas siue pusillanimitas: iuduecs tempestatē multorum malor̄: q̄nq̄ ex cōplexione ad timorem iudonea: vt est complexio frigida: puta in fœminis: vetulis: et melancholicis. Timor em̄ naturaliter sec̄m Dama. cor cōstringit: sicut & frigida cōstringunt: & cōgelationē faciūt ad quē motū ꝓtractionis: imaginatio mouetur a timoris dispositione: ita vt cōcipiat qs aliquod esse futurū malū: & per ꝙs fugiēdū. Quādoq̄ causatur pusillanimitas seu scrupulus: ex ægritudine inaniaca vel melancholica: quę est infirmitas capitis: ꝑ quā lædit imaginatio: & quādoq̄ ratio. Vñ Gale, & Auicē. dicunt: ꝙ Mania est infectio anterioris cellulæ capitis: cum diminutione imaginationis

Differē scientia fides opinio &c.

Fides. opinio

Dubi tatio.

Scrupulus seu suspicio.

Vñ cauſa pusillanimitas: vl scrupulus.

Mania quæ.

Melācholia

Melancholia quæ,

Melancholia vñ contingat secūdū Auicē.

Melācholia vero est infectio mediæ cellulæ capitis: cū diminutione rationis. Causat & aliquādo scrupulus: ex tētatione diabolica: potest em̄ diabolus: deo ꝓmittēte: mouere melancholicos humores in hoie: ꝑ quos imaginatio vel errare pōt: aut turbari ad timorē inordinatū. Vnde & Auicē. dicit: ꝙ quusdā medicis visum est: ꝙ melācholia cōtingat a dæmonio. Aliqn̄ vero ꝓcedit pusillanimitas seu scrupulus: ex regiminis corporalis negligētia. ſ. ꝑ nimiā abstinentiā: vigilias & hmōi. Vñ beatus Hiero. Rationalis hois dignitatē amittit: qui vel ieiunijs charitati: aut vigilias præfert sensus integritati: vt per immoderatā abstinētiam: atq̄ indiscretā psalmorū vel officior̄ decantationem aut amentię aut tristitię. i. melācholiæ notam incurrat. de cōse. dist. v. nō mediocriter. Aliquādo causant scrupuli: ex societate timidorum. Nam vn⁹ scrupulosus facit alium scrupulosum. Remouēdæ igitur hmōi sunt causæ: ne ipsa pusillanimitas tēpestatem inducat: & demū in infernum deuolat. Quod inde cōsequi ostendit. Pn̄. lxvij. qui postq̄ dixit. Nō me demergat tēpestas aquæ: vt expositū est: Subdit. Neq̄ absorbeat me profundū. i. infernus.

§. X. QVOMODO AVTEM RE

moueat talis scrupulositas, declarādū ē nūc: reuertēdo ad primā, ptē vbi dicit. Saluū me fecit. ſ. ab hmōi. Saluat ab isto malo: sicut & ab alijs cuius pricipaliter de⁹. Vñ & dixit Sara: vxor Tobię dño loquēs. Post tēpestatē. ſ. scrupulositatis tranquillū facis. Saluū aūt facit ab hmōi: tāq̄ ꝑ instrumēta ꝑ morales medicos: ꝑlatos & cōfessores: cōsultores idoneos. Non aūt debēt scrupulosi dure corripi: sed animari ad deponendū pusillanimitatē et scrupulū ostēdendo pericula supradicta: nisi sequat medici spūalis monitū. Septē aūt sunt regulæ quarū adminiculo cōscientia scrupulosa seu erronea deponi pōt & debet: & sic saluari.

Septē sunt regulæ, ꝙs erronea cōscientia: pōt rectificari.

Prima regula.

¶ Primū videlicet debita ad gratiā dei præparatio.

¶ Secundū: solicita sacrę scripturæ indagatio.

¶ Tertiū: orationis deuotæ continuatio.

¶ Quartū: opinionis alicuius tuta electio.

¶ Quintū: obedientiæ humilis imitatio.

¶ Sextum scrupulorū animosa abiectio.

¶ Septimū: ꝑceptor̄ discreta epikeizatio. i. interꝑtatio.

Quæ septē: iubet habere ꝫterna sapiētia Prouer. viij. et si nō ꝫm ordinē positū di. Si susceperis sermones meos (sub addi modo debito quo ad septimū) & mandata mea custodieris penes te. ſ. obseruādo: & sic te ad gratiā præparādo: (quo ad primū) Si sapiētiā inuocaueris. ſ. ꝑ orationē (quo ad tertiū) & inclinaueris cor tuū. ſ. ꝑ obediētiā (quo ad quartū) prudentiæ. ſ. eligēdo opinionē tutā (q̄ ad quartū) Si q̄ sieris eā q̄si pecuniā (q̄ ad sextū). ſ. animose abiciēdo scrupula: tūc itelliges timorē dn̄i & scientiā dei inuenies: & sic recta ꝓscientiā. Prima igit̄ regula est: vt qs se ad gratiā præparet: quantum pōt seruando mandata dei: de pētis ꝑ petratis: dolēdo & cōfitēdo. Nā qcūq̄ facit qđ i se ē: sec̄m Tho. in. iij. nulli tali abstrahit de⁹ gratiā: sed if all ibiliter infundit: & lumē doni sapiētię scięnę ꝓfilij: & itellect⁹ tribuit: qb⁹ iuuari pōt ad depositionē erroneæ ꝓscientię. vñ ipse dicit ꝑ Hiere. c. iij. Cōuertimini filij reuertētes (quātū ad scilicet i vobis est) & ego sanabo auersiones vr̄as. Et ꝑ Eze. xviij. Nunqd volūtatis meę est mors ipi: & nō potius vt ꝓuertat & viuat: Et ꝑ Isa. xlix. di. Nunqd obliuisci pt mulier ifantē suū: vt nō miserear filio vteri sui ſ. Et si illa oblita fuerit: ego tn̄ nō obliuiscar tui. Figurā hui⁹ habes ij. Reg. xiij. in Absalone fratricida: recepto ad gratiā a patre suo Dauid: recognita offensa se humiliādo. Sec̄a regula est: solicita sacræ scripturæ indagatio. vñ dicit Salomō Prouer. ij. si quesieris eam quasi pecuniam: amatores mūdi q studiū habēt acgrēdi pecūias: prçceptorē quærūt prime bene docti in arte: ꝑ quā volūt acquirere pecuniā: vt doceat eos subtilitates & modos acgrendi: exinde sunt soliciti ad vidēdū & recolligēdū libros suor̄ cōputorū: auxilia ēt quærūt alior̄. Et sic ēt spūaliter: q̄ri debet sapientia scripturarę diuinarū. vñ Prouer. j. dr̄. Audiēs sapiēs: sapiētior erit: & itelligēs: gubernacula possidebit. Aiaduerter parabolā & interpretationē hę sapientū: & ænigmata eorū. Hinc Hiero. ad Paulinū. Intellige te in sacris scripturis: sine præuio & mōstrāte semitā: nō posse igredi. Et exēplificat de qbuslibet artib⁹: & de Paulo: q post annos xiij. ꝓtulit cū apl̄is euāgeliū: & saluatore nostro: duodē ni interrogātes doctores in tēplo. Deinde debet qs: assidu⁹ esse in lectiōe scripturarū. vñ Hiero. ad Nepo. Scripturas sepi⁹ lege: immo de manu tua: nūq̄ sacra lectio deponat. Discę qđ doceas. In huius figuram mandauit dn̄s. Exo. P. xxxviij. vt vestes: qb⁹ portabat archa: iugiter anulis ipsi⁹ arcæ essent inserti: ne cū haberet transferri: mora fieret de trāsmittēdis vestib⁹. Ad signandū ꝙ q habent alios docere: ꝑ quos ecclia quasi circūfertur: debēt ꝓtinuo adhærere studio scripturar̄: sec̄m q̄druplicē sensum signatum: per quatuor anulos: ne cū habēt alios instruere: tūc quærant addiscere. Tertia est orationis deuotæ continuatio. Vnde Iac. j. dr̄. Si qs vestrū indiget sapiētia: postulet a deo: q dat oibus affluēter: & nō improperat: & dabit ei. Sapiēs in se expert⁹ ait. Sap̄. vij. Inuocauit: & venit i me spūs sapiētiæ q spūs est vnctio: q̄ docet de oibus: vt dr̄ in. j. Cano. Ioā. ſ. necessarijs ad salutē. Sic & Salomō postulans sibi dari sapientiā ad recte iudicādū populū, vbi occurrūt multa dubia: obtinuit eā. ij. Re. iij. Et Iosaphat rex ad dn̄m inquit: Cū ignorem⁹ qd agere debeam⁹: hoc solū reliduī habem⁹ vt oculos nostros dirigam⁹ ad te. Et ꝑcipue oratio valet ad tollendū scrupulos ꝓut ꝓcedit ex tētatione diaboli: ñ. Paralipo. xx qđ figuratū est Mat. xvij. in dæmoniaco lunatico sanato a christo: q prosciebat illū obsessum q̄nq̄ in ignē: quādoq̄ in aquā. Sic scrupulosus: de vno ꝓrio vadit ad aliud: & de eo dixit: ꝙ illud gen⁹ dæmoniorū ejcit̄: in orōne & ieiunio. Sic beatus Petrus martyr: oratione liberatus fuit a scrupulo infidelitatis. Quarta regula qa ꝓlixa est ponemus in fine. Est igit̄ q̄rta regula: obedientiæ humilis imitatio: vt. ſ. scrupulosus captiuet intellectū suū: dictis sapiētum & obedientia superiorū: quantūcūq̄ scrupul⁹ sibi dicęt aliud. Vñ Prouerb. iij. dr̄. Ne innitaris prudētiæ tuæ. Et Tob. iij. Cōsiliū semp a sapiēte perquire & Prouerb. xxij. Ne trāsgrediaris terminos antiquos quos posuerunt pres tui. Hinc & cācellari⁹ Parisię. in. iij. de vita aiæ inqt. Vnū hoc generale dam⁹ documētū: credere videlicet sacri liter sapientior̄ & honor̄ iudicio: & ꝓta ꝓmunes eor̄ sentētias: nō leuiter sibimet formare suspicionas ꝰxtos & timidos. Et in libro devitis patrū prædicatorū narrat: ꝙ cum qđā de functus appareret alteri eiusdē ordinis. ſ. ꝑdicatorū: qui erat multū scrupulosus: ipso interrogāte de scrupulis suis. Rn̄dit de functus. Consule discretos, & acqesce eis. Sil̄r legit de quodam discipulo beati Bernardi: ꝙ cū non posset deponere scrupulos suos: ꝓpter qđ, ad celebrandū non auderet accedere. Dixit ei Bern̄. Vade frater & in fide mea celebres. Obediuit ille simpliciter: & omis ille scrupulus ꝓpterea recessit. Sed si qs scrupulosus diceret. Vt tnā talis esset prælatus: qualis erat Bernardus: crederem faciliter imperanti: & acquiescerē cōsulenti. Nunc aūt cū superioris mei: paruā sapientiā cōspicio: nō audeo meā conscientiam: suæ fidei cōmittere. Rn̄det cancellarius. Quisqs ita dicis & sapis: erras & decipieris Debes ergo sibi obedire: nō vt hmōi: sed vt deo iubēti: cui⁹ vices gerit. Vñ Lucę x. christ⁹ dixit. Qui vos audit: me audit: si tn̄ nō cōtra deū iusserit. Et cū causa scrupulositatis (vt dictū est. ō.) aliquādo ꝓcedit ex qualitate cōplexionis: ꝑcipue melācholicæ: aliqn̄ ex egritudine supueniēte maniaca, vel melācholia: aliqn̄ ex indiscreto vitæ regimine: pura ꝑ nimias abstinētias: ptinebit ab morali ē medicū rectorē: vel cōfessorem i hmōi adhibere remedia: de cōsilio medicinę: vt scrupulosus ſeipm vincat. Et si durū videat in assūmēdo illa remedia: ꝑcipue cōsulta vel data seu imposita ab ipso medico spūali. Dicit em̄ Eccl̄i. xxxv iij. Altissimus de terra creauit medicinā: & vir prudēs nō abhorrebit eā. Nō tn̄ expedit i oib⁹ viuere medicinaliter ꝑcipue religiosis. Nā vt dicit Ambro. de cōse. dist. v. cōtraria. Cōtraria sunt diuinę cōditioni: ꝑcepta medicinæ q̄ a reiunio reuocāt: lucubrare nō sinunt: vigilare nō permittūt: ab omni intētione meditationis adducunt. Nec etiā scrupulosus: debet timere vitā sibi abbreuiari: ex obseruatiōe ꝑceptor̄ dei & ecclesię vel obseruatione sue religionis: dummodo ex capite suo: nō addat alia magis austera. Nā vt dicit Iob. xiij. Constituisti terminos ei⁹. ſ. vitæ hois: qui præteriri nō potērūt: nec sec̄m ꝓlogationē, nec sec̄m abbreuiationē: sed etsi abbreuiaret: sec̄m eās secūdas & naturales sibi esset ad cumulū præmij nō peccati: illa. ſ. faciēdo ad placēdū deo: & sec̄m cōes regulas traditas: ab ecclesia & religionib⁹ approbatas. Sexta regula: est animosa pugnatio seu repulsio: scru-

Respōsi oBer. ad scrupulosū fratrem

Tertia regula.

Quarta regula.

Quinta regula.

Sextare gula.

Secūda regula.

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulorum seu pusillanimitatis. Ad quod hortat dñs Esa. xxxv. dicens. Confortamini pusillanimes: & formidate nolite timere: ecce deus vester: scilicet adiuuās et illustrās. Vnde Greg. in moral. dicit: q̄ diabolus assimilatur myrmicoleoni: qd' animal: dicit leo formicarū. Nā formicis: quæ minutissimæ sunt discurrentibus: insidiat. & occidit. Sed alia animalia grādiuscula: itinerādo cōculcant & perimunt. Sic diabolus: inuestigat cōplexiones hominū: vt dicit Gregor. & quos videt parui cordis & pusillanimes & scrupulosos: ipsos aggredit: & scrupulis & vitijs occidit. Sed a magnis spe & vigore rōnis: diabolus ipe prosternitur & abijcitur. Hinc & Cancellarius: in quodam tractatu suo inquit. Mille surgunt apud aliquos scrupuli: more canum oblatrātes & lacerare minantes ipsos: qui volūt ire per viā dei quos cōuincere & cōpescere melius: q̄ per cōtemptū nequimus. Tantūmodo: si contēptus ille sit timoratus & regulatus. non abīcq; præuio alterius præsertim: superioris consilio. Et idem in tractatu de regulis moralibus ait. Consiliū salubre est: frequēter agere contra scrupulos leues & repidos: vitando eos ad aliorū iudiciū: quatinus ex consuetudine fiat homo robustus: solidus & tranquillus: in exercitio spirituali. Sicut etiā: siquis vellet ligamē tum distortū: ad rectitudinē ducere: oportet: q̄ retorqueret ipm ex parte opposita curuādo: & sic reduci posset ad rectitudinē. Notandū etiam: q̄ dicit Cancellarius in quodam tract. q̄ aliqui doctores tenent: quibus assentit: aliqn̄ non tā meritoriū esse credere: sicut velle credere: nec dolere sensualiter de pēnis: sicut velle dolere: & non posse. Probatur hoc per Pe. dicētem. Desideriū pauperū exaudiuit dñs præparationē cordis eor: audiuit auris tua. Et ita iudicat nos de⁹ fm superioris arbitriū: volūtatē & iudiciū: & nō fm ea: q̄ nobis iuitis & ptranitētib⁹: portio sensualitatis inferior adhęsit & perducit: qualia sunt volubilitas imaginationū & phātaliarū. Solet aūt impedire ꝓportionē scrupulor: snia aliquarū auctoritatū nō bñ intellectar. & ideo declarāde sunt: vt illa quę habeāt extra: de spō. iuuenis. s.i dubijs: tutior via ē eligēda: ꝓpter qd' scrupulosus: eligit viā rigidiorē. Sed ad hoc rñdet: q̄ eligere viā tutiorē est: nō præcepti: alias oporteret multos ingredi religionē: in qua tuti⁹ viuit: q̄ in sæculo. Non ergo de necessitate: oportet tutiorē eligere: qñ ēt alia via. pōt eligi tuta. Sicut em diuersę vię: tēdūt ad vnā ciuitatē: licet vna tutior. alia sit. Sic ad ciuitatē cœlestē: ali⁹ sic: ali⁹ sic vadit & tute: licet aliqs tutiori mō. Ité qa. dī Eccli. iij. Qui amat pericūlū: in illo pibit. Hinc est q̄ bea. Tho. & alij dicūt: q̄ ille q agit id: de quo est dubiū vtrū sit morrale an non: peccat mortaliter: qa periculo se exponit mortalis. Cū ergo i aliqua materia morali: sint varię & ptrię opiniones: ille q̄ adhęret opinioni latioris vię: videt se exponere periculo mortalis: qa i dubio: cū possit illa opinio esse falsa: & ptria vera. Sed ad ꝑ rñdet: q̄ vtrq; ille q agit scienter id: de quo dubitat esse mortale: pmanēte dubitatiōe mortaliter peccat: etiā si illud in se nō esset mortale: sumēdo ꝓprie & stricte dubitationē. videlicet ꝓut rōnes sunt xij ponderātes ad vtrāq; partē: nec magis declinat quis ad vnā: q̄ ad aliā. Sed si dubitet leuiter qs: & per modū scrupuli: sicut dubitat seu formidat habēs opinionē de aliquo: qa ita inhęret ipi sententię: q̄ tamē formidat de opposito. Sic agēdo ptra tale dubiū nō peccat: dū adhęret opinioni alicuius doctoris: & habet rōnes ꝓbabiles: ꝓ ipsa magis q̄ ꝓ opposita opinione: ēt si ipsa opi. quā tenet. non esset vera: et hoc: nisi ipsa opi. sumpta: esset ptra manifestū testimoniū scripturæ: vel determinationē ecclię. Talis em nō operat in dubio mortalis: sed fm opi. probabilē: qd' magis declarabitur in septima regula. Quod etiam Greg. dicit. Bonarum mētiū est: ibi etiā culpas suas cognoscere: vbi culpa non est. dist. v. ad eius. circa finē. Ad hoc dicit glos. cognoscere. i. timere: & nō per assensum fumū determinare. Hoc stultum esset: & periculosum fm Cancellariū. Septima regula: est pro scrupulorū depositione præceptorū discreta epykeia ratio: id est interpretatio vel declaratio. Eqtas em quā phs nominat epykeiam: preponderat iuris rigori: fm iurisperitos. Est aūt æquitas iustitia pensatis omnib⁹ circūstantijs particularib⁹: dulcore misericordiæ temperata. Et ait sapiens. Noli esse nimis iustus: qui perit in iustitia sua. Pertinet autē ad virtutē epykeiæ: ꝓsiderare nō nudū de se præceptū: sed circūstātias oēs: particulariter ipm ve-

Via tutior eligenda.

Regula moralis.

stientes. Vnde phs. v. ethi. dicit: q̄ epykeia interpretatiua legū est melior: q̄ iusticia legalis. Et fm hanc virtutē epykeiæ: possum⁹ p̄cepta dei & ecclesiæ: prælatorū seu iudicū: benigne interpretari. Et in foro quidā ptōioso: ei⁹ est interpretari: cuius est condere vel sentētiare. Sed in foro conscientię: circa p̄cepta & humana et diuina dico: q̄ ptinet ad quēlibet pro facto suo: si tamen rationabiliter interpretet.

Et fm Ioā. de Amb. septuplex doctrina: p̄ virtutē epykeiæ scrupulosæ ꝓficiētiæ: ꝓficua dari pōt. Quæ prima est iter duram & benignā: circa p̄cepta sniam: q̄ benigna est: potius cæteris paribus interpretatio facienda: quod etiā asserit Guil. Hui⁹ ratio est: quia p̄cepta dei & ecclesiæ: non sunt ad tollendā oēm spūalem dulcedinē: qualis cerne tollitur: qñ nimis scrupulose. & timide p̄cepta interpretant. Secūda doctrina: fm virtutem epykeiæ est: q̄ nec deus: nec ecclesia: per sua præcepta ītēdit obligare ad vix possibile alicui. Cū em fm regulā iuris: nemo possit ad ipossibile obligari: extra de reg. iur. lib. vi. nemo. Nō solū dī ipossibile: qd' absolute nō ē possibile. Sed ēt videt interpretādū fm virtutem epykeię: in lege noua: esse ipossibile qd' vix est possibile: vt puta nimiā habēs difficultatē: als quō saluaret illud. Onus meū leue. Matt. xj. Tertia doctrina est: q̄ nec deus, nec eccla, intēdit suis p̄ceptis aliquē obligare ad hoc q̄ sit sanus, i. talia p̄cepta: loco & tēpore nō obligant: quib⁹ eorū obseruantia fieret ridiculosum: saltem apud discretos & bonos viros. Patet igit a simili: de votis ex diuino p̄cepto deo reddendis: quæ tū si stulta sint fm docto. nullus obligat implere: ad qd' facit glos. Inno. sup. c. nouerit. de sen. excōi. Quarta doctrina: est q̄ in dubijs: bonorum vita: alijs debet cē viuēdi regula: & tāto magis quāto meliores sunt. Vnde Hiero. ad Rusticū monachū: & habet. xvj. q. i. sic viue. inter bonos: semp sectare melio res: ꝓpter qd' christi⁹, discipulos suos vocat sal terrę: qavi delicet ex morib⁹ ipsor: populi sunt cōdiendi. Et rō huius regulę ē: qa tales: fm virtutē epykeię: ꝑsumi debēt habere rectū iudiciū: qa habēt rectū affectū: sicut sanus bene iudicat de saporibus: qa nō habet gustū ifectū. Quinta doctrina ē: qa in his q̄ solū sunt mala: qa, phibita: vt cōiter posita p̄cepta: multū excusat: vel in toto: vel in tāto ꝑfuetudo: si sit ꝓscripta. imo aliqñ tollit legē scriptam positiuā: vt di. iij. in istis. &. c. seq. cū glos. Sicut enim epykeia: ē interpretatiua legū: sic & cōsuetudo: est optima legū interpres. extra de cōsue. cū dilectus. Sexta doctrina est: quā tradit Pe. de palu. in. iij. sen. q̄ homo vbi non peccat mortaliter: nunq̄ incurrit sniam excōicationis iuris. Cū em per excōicationē ab hoie: nullus debeat ejici ab ecclia: nisi ꝓ mortali vero vel præsumpto fm be. Tho. i. iij. qa maxia pœna est. Sic etiā: cū snia iudicis nō sit iniusta: pōt homo formare sibi cōscientiā: q̄ vbi nō peccat mortaliter: non incurrit sniam iuris. Septima est: q̄ in quocunq; casu præ termittens facere hoc qd' lex iponit: posset excusari a pcto puta: qa hoc facit sine cōtēptu: ꝓ virtutē epykię. rōne alicuius periculi cōsiderati: qua pōt fieri qñq; ptra vba legis

Doctrina septuplex. scrupulosæ ꝓficiētiæ.

Quarta regula.

Reuertendo ad quartā omissam: dico q̄ ipsa est opinio regulanis alicuius tuta electio. Sunt em aliqñ de aliquibus materijs moralibus doc. opinionū ptrariarū: & tūc scrupulosi. ꝓ si dubitant: quā partē possint. cū bona cōscientia eligere. ꝓter ꝓ

Pro cuius enodatione difficultatis notandū: q̄ cum bona cōscientia: potest quis tenere vnā partē alicuius opinio de q̄. dnis: & fm eā operari: excluso saltē scādalo: quæ scilicet ps: habeat ꝓ se: notabiles docto. dūmodo talis opinio non sit cōtra auctoritatē expressam sacræ scripturę: nec contra determinationē ecclesiæ catholicæ: & q̄ etiā ex cōtrarietate talium opinionū nō inducat ad dubitādū: sed bonā sibi cōscientiā & credulitatē formet de eo: qd' credit tamē̄ de ꝓbabiliori parte & ꝓcipue. quādo quis adhibet diligentiam ingrēdo an liceat: nec inuenit aliqd: qd' eū sufficienter moueat ad hoc: qd' sit illicitū. Q̄ sint cōtrariæ opinio nes inter doctores sanctitate: & scientia maximos: in materia morali: aliquando etiā ad salutē necessaria: paret per scāi: qui exēpla. Nam, b. Tho. in. iij. tenet: q̄ post lapsum i mortale: non oportet aliquē statim confiteri sub p̄cepto: habita rianf i copia cōfessoris: nisi in paucissimis casibus: qui ibi ponū matia. tur. dist. xvj. Et cū eo tenet Richar. sed Hugo de sancto Vi cro. & beat⁹ Bonauētura. sunt in hoc cōtrariæ opinionis & spūr Sanctitas aūt & magnitudo scientiæ ipsorum: nota est toti tuali ecclię: neutra aūt illorū opinio reprobat. Et si beati Tho.

Vita bonorum alijs debet esse regula.

opinio

opinio cōmunis teneatur: quæ tamē minus tuta videtur. Raymūdus decretista: & sanct⁹ in summa tenet: q̄ participare cū excōicatis maiori excōicatiōe in loquela: cibo: & hmōi: in casu nō cōcesso: sit mortale vniuersaliter. Sed. b. Tho. in. iij. & Io. and. & Archidia. tenēt cōtrariū. Et illud cōtrariū cōiter tenetur. Et sic exempla immunera possent poni. Quod autē dicit. b. Tho. in quodlibeto. iij. q. iij. art. ij. quādo duę sunt opiniones cōtrarię de eodē: oportet alteram esse verā: & alterā falsam. Si ergo ille: qui facit contra opinionē magistrorū: vt puta in habēdo plures p̄bēdas faciēs cōtra verā opinionē: nō excusat a pcto: cū faciat cōtra legē dei: quāuis nō faciat cōtra cōscientiam. Hęc em verba beati Tho. nō possunt intelligi: nisi de his: vbi manifeste patet ex scriptura: vel ecclesię determinatiōe: q̄ sit contra legē dei: & nō de illis intellegit: vbi non apparet: als si bi cōtradiceret in eodē libro: qd' nō esset credēdū. Ité Vlricus in summa dicit: q̄ si quis de aliquo agēdo dubio: magis peritos cōsulat: de quo nullā habet expssā auctoritatē vtrū ita sit an nō: dūmodo formet sibi bonā cōscientiā: ēt si res aliter se habeat: q̄ id qd' sentit: & qd' sibi cōsultū fuerit: excusat: qa fecit quod potuit: & deus plus nō requirit. Ité ex respōsis: quę vident data ab Alberto magno habetur: q̄ frater simplex: vl' quilibet homo cum salute pōt se qui in consilijs: quācūq; opinionē voluerit: dūmodo alicui⁹ doctoris magni opinionē sequat. Hostiē. etiam dicit extra: de cogna. spiri. super. c. si vir. vbi sunt diuersę opiniones & diuersa iudicia: semp hūanior ē pferēda & equior. Et ad idem facit: quod ait Aug. di. ix. sana. Guil. etiam in glos. Ray. dicit: q̄ in apicibus iuris: vbi dubitāt etiā sapientes: excusabilis est ignorantia. Vnde si aliquis: bona fide: partē illā vel illā elegerit: nō debet sup hoc habere cōscientiā nimis scrupulosam. Item Pe. de palu. sup. iij. dis. xvj. dicit: q̄ si confessor dubitaret vtrum illud: de quo consitens nō pœnitet: nec cōfitetur esset mortale: & ipse ꝓfitēs dicit: q̄ cōsilio peritorū illud fecit: de quib⁹ ex vita & scientia, ꝓbabile ē: q̄ nō scīuerē nisi bene: illi iudicio se pōt ꝓformare. Secus aūt esset: si esset certus de oppositō. Idem videt sentire Gof. de fontibus: in his. s. opinionibus contrarijs: quę tolerātur ab ecclesia: (vt dictū ē.) Et q̄ deber ꝓponere cōfitēti: q̄ bene studeat de hoc seipm: p̄ prudentes informare: eo q̄ alij tenēt contrariā opinionē: maxime si illius cōtrariæ opinionis cōfessor: sit inordinarius ei⁹: & sic eū absoluerer. Ité sentit Richar. Claremoñ. Nō distinguēdo. vtrū cōfessor ei⁹ sit ordinari⁹: vel nō ordinarius. Idem pōt haberi ex decretali extra de sen. excō. iquisitiōi. tam in tex. q̄ in glos. vbi declaratur: qñ mulier vxorata i cipit ꝓ nouā informationē dubitare: an attineat viro graue, ꝓhibito: quō se debeat habere in tali dubio: circa exactionē vel redditionē debiti cōiugalis. Probat & hoc idē: tali ratione fm Cancellariū. Non plus nocet homini errare in articulo fidei: qui nō est declarat⁹ adhuc ab ecclia: q̄ sit articulus de necessitate credendus: q̄ necesse posset actus moralis. contra aliquid agibile perpetratus: qa act⁹ non dicitur esse certus ex scriptura: aut determinatione ecclesię q̄ sit illicitus. Patet hoc ex eo: q̄ fides est tā necessaria: sicut virtutes morales: etsi non amplius. Sed constat cōmuniter apud theologos: q̄ in materia fidei: dū doctores sensiunt cōtraria: licitū est ante determinationē ecliæ: tenere vnā partē vel alterā: sine periculo peccati vel fidei vt patet in abbate Ioachim: qui tenebat cōtrarium ad id: qd' magister sen. dixerat in. i. dist. i. lib. pro quo magistro senten. ecclesia postmodū determinauit extra: de sum. tri. Submisſ dānam⁹. Nec tamē dictus Ioachim incidit in hæresim aut fuit ecclesię perfidiā propter hoc: quia dicta sua omnia: subiecit correctioni ecclesię. Ergo a simili: licet vnā opinionem in moralibus tenere: iuxta limitata superius: vbi saltem magis sapientes non sentiūt cōtrariū: & vbi paratus est obedire ecclesię & scripturę: si ei errorē explanauerit. Solet autem mouere scrupulosus: & detinere illud dictū Augustī. Tene certū: & dimitte incertū. de pœ. di. vij. c. si quis. ij. Sed vbi i eadē materia morali: sunt co ntrariæ opiniones doctorū: illa videt tutior quę est rigidior: & sic potius amplectēda: ad qd' instigāt scrupulosi. Sed ad hoc rñdetur: q̄ Aug. loquitur in dic. c. ꝓprie de eo: q̄ differt pœnitētia: vsq; ad extremū vitæ: cuius saluatio dubia est & incerta: nō qa vera pœnitētia: nō possit esse in extremis: & deus indulgeat: vt patet in latrone cū xpo crucifixo. Sed qa icertū ē & dubiū

Ignorātia i apicib⁹ iuris: ē excusabilis.

iusmodi ꝓsilia generalia: tria in se hẽre. Primo occultatiõ tractatorũ. Scõdo intẽtionẽ rectã determinadorũ. Tertio executionẽ diffinitorũ. Quantum ad primum sciẽdũ ꝙ ea quę tractant in cõciliꝭ alicuius ciuitatis vel vniuersitatis cõmuniter debẽt esse alꝭs occulta dũ tractant: alꝭs scandala plurima cõtingere possunt. Vñ puer. x. c. dr. Qui fideIis est cælat amici cõmissum. Vñ narrat Valerius Maximus: ꝙ cũ eẽt de more Romanorũ: vt patres possent filios suos paruulos ducere secũ in cõciliũ: acciditsemel: vt cuiquidam ex ciuibus duxisset filiũ suũ paruulũ in cõcilium & fuisset ibi decretũ: vt qd' ibi tractatũ fuerat: sub secreto remaneret. Reuertentẽ ad domũ interrogauit curiosa mater eius: qd ibi tractatũ esset. Cũq; ille respondisset ꝙ positũ fuisset sub secreto: cœpit mater ipsa blandiꝭs & minis ipsum cogere ad manifestandũ cõsiliũ: qd' prudẽtissimus puer: vt declinaret matris importunitatẽ & tractatũ in cõcilio occultũ seruaret: officioso mendacio vsus est: dicens ibi fuisse tractatum ꝙ quilibet vir duas posset habere vxores: qd' illa credẽs & alꝭs matronis manifestauit. Quare diuulgata ꝓ vrbẽ: cõuenientes mulieres plurimæ quadã die ad locũ cõcilij accesserũt postulãtes a senatu (tanq; æquũ) & ipsas duos posse accipere viros: ex quo in ꝓcilio decretũ fuerat: viros accipere posse duas vxores. Quod illi admirantes vnde hoc processerit. cũ hmõi nulla fuisset facta mentio: sup hoc inquirẽtes: iuenerũt hoc processisse ex astutia illi⁹ pueri talia referẽtis. Vñ ad occultãdũ ꝓsilia: statuerunt nullũ amplius pueꝝ introduci: nisi illũ tantũ: qui ita caute sciuisset occultare secretum. Valde ergo male faciunt qui talia reuelant quæ in secreto ponuntur & quiẽ ꝙrunt ea ab ipsis. Scõdo debent cõsiliarij habere rectam intentionẽ in determinãdis: vt non passione ducant ad cõ placendũ vel displicendũ his qui proponunt ea quę sunt ad bonũ cõmunitatis vel cõtraria: vt nõ declinent a regula rationis. Vnde & ipsa cõgregatio facta ꝓ cõsilio habẽdo: cõciliũ dr a cõmuni videlicet itẽtione dictũ: eo ꝙ intuitũ mẽtis oẽm in vnũ dirigãt. f. ad quẽrendũ bonũ cõmune. Vel cõsiliũ quasi cõsidiũ d, in l, literã trãseũte: qa similẽ debẽt sedere. i. mẽte quiescere: a passionibus liberi esse ꝑm Isido. dis. xv. ca. j. Cũ ergo tractãt ī cõcilio aliquid iniquũ cõtra ius diuinũ naturale vel canonicũ: nõ potest dici cõciliũ sed supercilium: quod signat superbiã. Et vt dr Prouer. xxj. Non est consiliũ contra dñm: & ipsum cõmuniter dispatur. Sicut patet in cõcilio Iudæorũ: quod fecerunt contra christũ: ad tractandũ mortẽ ipsius: ne amitterent bona tẽporalia: ex quo tñ secutũ est vt amitterent bona tẽporalia & spualia: quãdo. f. collegerũt pontifices & Pharisei cõsiliũ re ciliũ dicentes. Quid facimus: quia hic homo &c. Ioan. xi. Tertio debet id qd' in cõcilio determinatur rationabiliter termiari execution mãdari: alꝭs frustra fierent cõsilia. Vnde & Heron: exe ster. j. c. dr ꝙ septem sapiẽtes qui ex more regio semp adcuuio. rant regi Asuero: scientes leges ac iura maiorum illorũ faciebant cuncta consilio. Et hæc est causa frequenter multorũ malorũ in regimine tẽporali & spirituali: quia quæ cõmuni cõcilio determinãtur: nõ obseruant. Vñ Ioseph⁹ & Azarias: qa nõ seruauerunt quod fuerat determinatũ. f. vt nõ exirẽt in prælium contra inimicos: debellati fuerunt: occisis duob⁹ milibus de exercitu suo. Et hoc quia sine cõsilio exierũt in prælium: vt habetur. j. Machab. v.

No. plachrã historiã

In cõsilio debẽt esse ꝙrunt ea ab ipsis.

Scõdo debent cõsiliarij habere rectam intentionẽ in determinãdis

¶ De consensu. Cap. ix.

DEINDE CONSIDERAN-

dũ est de cõsensu. Et prio ꝙ consensus ptinet ad vim intẽ appetitiuã: quod patet ex hoc: qd' dicit Damas. Quod si aliquis iudicet & non diligat: non est sententia. i. cõsensus. Diligere autẽ pertinet ad appetitiuam seu voluntatem. Pro cuius declaratione dicit beat⁹ Tho. f. ij. q. xv. art. j. ꝙ consentire importat applicationem sensus ad aliquid. Est autem ꝓprium sensus ꝙ est cognoscitiuus rerum presentium. Vis em̃ imaginatiua apprehẽsiua est similitudinũ corporaliũ: etiã rerũ absentiũ: quarũ sunt similitudines. Intellectus autẽ est apprehẽsiuus vniuersaliũ rationũ: quas potest apprehẽdere indifferenter: & absentibus & præsentibus singularibus. Et quia actus appetitiuę virtutis: est quędã inclinatio ad rem ipsam: ꝑm quãdam similitudinem: ipa applicatio appetitiuę virtutis ad rem ipsam ꝑm ꝙ ei inhæret: accipit nomẽ sensus: quasi experientiã quandã sumens de re cui inhæret inquantũ cõplacet sibi in ea. Vñ Sap. j. dr. Sentite de dño in bonitate. Et ꝑm hoc cõsentire: est actus appetitiuę virtutis. Quãuis em̃ sentire proprie: dictũ pertineat ad potentiã apprehensiuã: tamen ꝑm similitudinẽ cuiusdã experiẽtiæ pertinet ad appetitiuã. Quod autẽ Aug. super Gen. attribuit ꝓsensum rationi: accipit ibi rationẽ ꝑm ꝙ in ea includitur volũtas.

Differentia est em̃ inter assentire & ꝓsentire. Nam assentire est quasi ad aliud sentire: & sic importat quandã distantiã ad id cui assentitur. Sed consentire est simul sentire: & sic importat quandã cõiunctionẽ ad id cui consentitur. Et ideo voluntas cuius est tendere ad ipsam rem magis dr cõsentire. Intellectus autem cuius operatio non est ꝑm motum ad rem: sed potius ecõuerso: magis proprie dicitur assentire: cuius vnum ponatur pro alio. Non autẽ ꝓprie cõsensus est in brutis animalib⁹. Et ratio est ꝑm beatũ Tho. vbi. ẽ. arti. ij. quia consensus importat applicationẽ appetitiui motus ad aliquid agendũ: in cui⁹ potestate est appetitiuus motus. Bruta autẽ nõ habẽt in sui potestate appetitiuũ motum: sed talis motus est in eis ex instinctu naturę. Appetit quidẽ brutum: hoc vel illud: sed nõ applicat motum appetitiuum. Vnde est in eo determinatio appetit⁹ ad aliquid passiue tantũ: nõ actiue: qd' requiritur ad consensum: ꝓut est in homine. Vñ & Damas. dicit ꝙ post iudiciũ homo disponit & amat: qd' ex cõsilio iudicatũ est: qd' vocat sniam. i. cõsensus. Hoc autẽ nõ reperitur in brutis. Executio em̃ opis in eis: est ex impetuoso appetitu.

Assentire & ꝓsentire differunt.

Consensus non ẽ in brutis.

§.I. CONSENSVS DE QVIBVS

sit & in quo differat ab electione. Et quãtum ad primum sciendũ ꝑm. b. Tho. vbi. ẽ. arti. iij. ꝙ cõsensus est tm̃ de his quę sunt ad finem: quod sic declarat. Consensus nominat applicationẽ appetitui motus: ad aliquid præexistẽs i potestate applicãtis. In ordine autẽ agibiliũ. primo quidem oportet sumere apprehẽsionẽ finis: deinde appetitũ finis deinde consiliũ de his quæ sunt ad finẽ: deinde appetitus eorũ quæ sunt ad finẽ. appetitus autẽ in vltimũ finẽ tẽdit naturaliter. Vnde applicatio motus appetitiui in finem apprehensum: nõ habet rationẽ consensus: sed simplicis voluntatis. Ea autem quę sunt post vltimum finem: inquãtũ sunt ad finẽ sub cõsilio cadũt: & sic de eis potest esse consensus: inquãtũ motus appetitiuus applicat ad id: qd' ex consilio iudicatũ est. Motus autẽ appetitiuus in finẽ non applicatur consilio: sed magis consilium ipsi: quia consiliũ ꝓsupponit appetitũ finis: sed appetitus eorũ quæ sunt ad finẽ præsupponit determinationẽ ꝓsiliꝭ. Et ideo applicatio appetitiui mot⁹ ad determiationẽ cõsiliꝭ ꝓprieꝫ cõsensus. Vnde cũ cõsiliũ nõ sit: nisi de his quæ sunt ad finẽ consensus etiam proprie loquendo: non est nisi de his quæ sunt ad finem. Differt autẽ ab electione consensus ꝑm Tho. vbi. ẽ. ꝙ electio addit supra cõsensum quandã relationẽ respectu eius cui aliquid ꝓeligitur: & ideo post consensum adhuc remanet electio. Potest em̃ contingere ꝙ p consilium plura inueniantur ducentia in finem: quorum dũ quodlibet placet in quodlibet eorũ cõsentitur. Sed ex multis quæ placent: vnũ ꝓaccipimus eligẽdo: sed si inueniatur vnũ solũ quod placeat nõ differt. re cõsensus & electio: sed ratione tãtũ: vt consensus dicatur ꝑm ꝙ placet ad agendũ: electio autẽ ꝑm ꝙ præfertur his quæ non placent Vñ & Damas. dicit ꝙ post dispositionẽ quam vocauerat prius sententiã. i. cõsensum fit electio. Consensus ad agenda semper pertinet ad rationẽ superiorẽ: quod sic probat bea. Tho. vbi. ẽ. arti. iiij. Finalis sententia semper pertinet ad eũ qui superior est: ad quem pertinet iudicare de aliꝭ. Quãdiu enim iudicãdum restat quod proponitur: nondũ datur finalis sententia. Manifestum est autẽ ꝙ superior rõ est quę habet de oibus iudicare: quia de sensibilibus p rationẽ iudicamus inferiorẽ: de his vero quæ ad ratiões humanas pertinẽt: iudicamus ꝑm rationes diuinas quæ pertinẽt ad rationẽ superiorẽ. Et ideo cũdiu incertũ est: an ꝑm rationes diuinas res ita agitur vel non: nullũ iudicium rationis habet rationẽ finalis sententię. Finalis autem sententia de agẽdis est consensus in actum. Et ideo consensus in actum pertinet ad superiorẽ rationẽ: ꝑm tamen ꝙ in ratione includitur volũtas: vt dictũ ẽ supra. Notãdũ etiam ꝑm bea. Tho.

Consensus differt ab electione

bea. Tho. vbi. ẽ. ꝙ consensus in delectationẽ operis: ptinet ad superiorẽ rationẽ: sicut & consensus in delectationẽ cogitatiõis: ptinet ad rationẽ inferiorẽ: sicut ad ipsam pertinet cogitare. Et tamen de hoc ipso qd' est cogitare vl nõ cogitare: inquãtum cõsiderat vt actio quędã: habet iudicium superior ratio: & similiter de delectatione cõsequẽte. Sed inquãtũ accipiꝭ: vt ad actionẽ aliã ordinatũ: puta ad consensum in opus: sic pertinet ad inferiorẽ rationẽ. Et sic intelligit: qd' dicit Aug. super Gen. ꝙ consensus in delectationẽ pertinet ad inferiorem rationẽ. Itẽ ratio superior dicit cõsentire: non solum quia ꝑm rationes æternas semp mouetur ad agendum: sed etiã qa scd'm rationes æternas nõ dissentit cum debeat. Et dicitur iudiciũ: ꝑm rationes æternas seu diuinas: qa illud tale est scd'm vel contra legem diuinam seu mandata dei.

Consensus operis & cogitationis differtia.

§.II. DE CONSENSV QVI EST

actus voluntatis inquit Pẽ. liij. In domo dei ambulauimus: cũ cõsensu. Et ad hoc exhortabatur christus Mat. v. dicẽs. Esto cõsentiẽs aduersario tuo cito dum es in via cũ eo. Aduersarius iste (scd'm expositionẽ doctorũ) est sermo diuin⁹: q dr aduersarius: qa aduersat sensualitati & concupiscẽtijs nostris: reprehẽdendo vitia. Cui tunc ꝓsentim⁹: cũ ei obedimus: & sic a carcere infernali liberamur. Hoc autem facientes sancti dicere possunt verbũ Pẽ. In domo dei ambulauimus cũ cõsensu. Vbi tria possunt annotari.

¶ Primũ est motus humanæ rõnis: ibi. Ambulauimus.

¶ Scd'm est locus huius debitæ motionis: ibi in domo.

¶ Tertiũ est modus perfectæ actionis: ibi: cum cõsensu

Motus humanæ rõnis.

Quantũ ad primũ dicit Saluator Io. xv. Posui vos vt eatis. Vnde tota vita nostra: est quoddã iter. Terminus huius itineris: est duplex: videlicet Hierusalem cœlestis sursum q̃ libera est: ab omni miseria: & Babylon: quæ deorsum est. f. infern⁹: plen⁹ omni miseria. Ad alterã istarũ ambulamus motibus seu actib⁹ rõnis. Vnde pueri qui non habẽt vsum rõnis: versus neutrã ambulãt: & ꝙ morientes in tali statu baptizati: & veniãt ad supernã Hierusalẽ hoc nõ est ex aliquibus actibus eorũ: sed superabũdãs meritũ passiõis christi: quo in baptismo erga eos operatur. Insuper: & habente vsum rationis: cũ dormiũt ad neutrã ciuitatẽ seu locum pœnæ vel gloriæ tendũt: qa ligatus tũc est in eis vsus rationis: nec tunc meretur vel demeretur. Sed cũ quis ratione vtitur: ad malũ vtitur vel ad bonũ: versus supernã Hierusalẽ ambulat: per viã charitatis: ad qd' hortabatur apꝰlus ad Ephe. v. dicens. Ambulate in dilectione. Locꝰ debiti motus rõnis humanę: est ecclesia militãs. Vñ dicit Pẽ. In domo dei prout declarat Hiero. xxiij. q. j. omnibus considerans. Et quia domum tuam decet sanctitudo, ait Pẽ. ad dominũ. ideo extra istã domũ sunt numero & merito oẽs infideles. Merito autẽ extra ipsam: sunt mali christiani. Vnde dicit Hiero. de pœni. dist. j. ecclesia. ꝙ ecclesia nõ ẽ habẽs maculã nec rugã: maculã. f. iniquitatis: rugam infidelitatis. Et ideo qui est aliqua sorde peccati pollutus: de ecclesia dici nõ põt. Talis ergo non ambulat in domo dei: sed in domo diaboli. i. imitatiõe malitiæ ei⁹: in qua quiescit: & demũ in inferno: vt dicere valeat. Infernus dom⁹ mea est. Iob. xvij. Quantũ ad tertium sciendũ: ꝙ ꝓfecta actio honinis: vnde meritũ & prẽmiũ acquirit: est cõsensus in bonũ. de quo loquitur Pẽ. hic cũ dicit. Ambulauimus in domo dei: cũ cõsensu. Sed sciendũ ꝙ est triplex cõsensus bonus: excludens triplicem malum consensum.

Locus motus hũanæ rõnis ẽ ecclesia

Modus ꝓfectæ actiõis.

¶ Primus est intelligentiæ & voluntatis.

¶ Secundus sententiæ & veritatis.

¶ Tertius est modestiæ & conformitatis.

Primus igitur cõsensus est qñ intellectus & volũtas cõueniũt in vnũ: vt videlicet qd' intelligit intelligẽtia p fidẽ: volũtas illud velit operari per amorẽ. Vnde Augu. dicit: ꝙ credere est cũ assentione cogitare. Cogitare est actꝰ intelligẽtiæ siue rõnis: & assentire: actus volũtatis. Et hęc duo sunt: tãq; vir & vxor. Intelligẽtia vxor est: quę materiã administrat gñerationis filiorũ. i. productiõis bonorũ operũ ipsorũ in directionẽ. De cõiugio spuali intelligi põt illud qd' dicit Eccli. xxv. Beneplacitũ esse spiritui suo: & ꝙ batũ corã deo & hominib⁹. f. vir & mulier sibi consentiẽtes. Et de his etiam exponitur illd' Matth. xviij. Si duo ex vobis consenserint sup terrã: de omni re quã petierit fiet eis. Et iste est bonus cõsensus: in quo ambulãt qui sunt in domo dei. i. ecclesia excludẽs malorũ cõsensum q fit a suggestione diaboli: de q̃ Thoꝫ. iij. dicitur. Caue ne aliquãdo peccato cõsentias. Vnde & Augu. dicit de pœni. di. j. sicut. ij. ꝙ prima differẽtia peccati morralis est cũ ī corde cõsentitur libidini. i. delectationi: cuius cũ. ꝙ peccati mortalis. Qd' figuratũ est: scd'm ipsum: in puella mortua: sed adhuc in domo retẽta. Mat. ix. Secundus cõsensus bon⁹: est cõsentire sententiæ veritatis determinatæ per ecclẽsiam nec discrepare a cõi sentẽtia doctorũ: etsi aliqñ ꝓprio itelectui aliud videatur. Vñ apꝰls ad Rom. xij. Nõ alta sapientes: sed humilibus cõsentiẽtes. Nõ solũ humilibus personis: sed etiã humilibus verbis & sentẽtijs: etsi intellectus clare nõ videat. Cũ isto cõsensu ambulauerunt oẽs qui ī domo dei. f. ecclesię habitauerũt. Nam & doctores (vt Hiero. Augu. & alij etsi in aliquib⁹ diuersa senserint & cõtraria: nõ tñ illa erãt ad fidẽ ptinentia: vel mores necessarios ad salutem. In hmõi em̃ ambulauerũt cũ cõsensu: si bene intelligatur verba eorũ: cuius aliqñ videtur dissentire. Et sic cõsensus bon⁹ excludit cõsensum hereticorũ: qui cõueniunt in errore: contra veritatẽ fidei ecclesiasticę. Sicut & Paulus ante cõuersionẽ cõsentiebat Iudæis: persequentib⁹ fideles dicens Act. xxij. Ego consentiebã & custodiebã vestimẽta interficiẽtiũ illũ. f. lapidantiũ: Stephanũ. Et hi infideles figurãtur ꝑ vulpes Sãsonis: quæ sunt animalia multũ malitiosa habentes caudas colligatas insimul: sed facies ꝑtarias sibi. Sic hæretici in materia erroris sui dissentiũt: & aliqñ manifeste cõtrã sunt. Sed in cauda. i. in cõclusione suę doctrinę cõsentiũt & vniti sunt. f. in recedendo a veritate fidei.

Tertius cõsensus bonus.

Secundus cõsensus bonus.

Cõsensus ī malũ cõtingit tripliciter

Tertius cõsensus bonus: est conformitatis in moralibus. Vnde Pẽ. ad dãm loquens ait. Habitare facis vnanimes in domo. Cõsentiũt em̃ qui ambulãt in domo dei in viũ dominiformiter quãtũ ad ea q̃ sunt necessaria ad salutẽ: euitando pctã. Et hic bonus cõsensus excludit cõsensum iniquorũ. de quibus apꝰls ad ꝛoma. i. Digni sunt morte: nõ solũ qui faciũt sed etiã qui ꝓsentiũt factoribus. Et. ij. q. j. notũ. dicitur. Facientẽ & cõsentientẽ par pœna cõstringit. Cõsensus autẽ ad malũ alteri⁹: potest intelligi tripliciter. Primo auctoritatiue cũ. f. aliqs præstat auctoritatẽ: & defensionem male facientibus. Et hic quãto gratiꝰ peccat, tãto maiori debet pœna ꝓstringi. Vnde. xj. q. iij. qui cõsentit. Isido. dicit. Qui cõsentit peccatibus: & defendit aliũ delinquẽtẽ: maledictus erit apud deũ & homines. Et idẽ. Siquis peccantem defendit, acrius q̃ ille qui peccauit coerceatur. Secundo consentit quis cooperatiue. De quo consensu dicit Isido. in si. ꝓallega. c. Siquis alterius errori cõsentit sciat se cũ illo: simili modo culpabilẽ iudicandũ. Tertio modo consentit quis negligẽtiue. i. negligit corrigere delinquẽtẽ cum debet. Vnde ait dñs. Recedite et exite inde: et immundũ ne tetigeritis. Esa. lij. Super quibus verbis dicit Augu. Hoc est inde exire & immundum non tangere: voluntate non consentire: & ore non peccare. xxiij. q. iij. recedite. Nã scd'm re. iu. in. vj. Qui tacet cõsentire videtur cũ scilicet potest & debet reprehẽdere. Hic tamen minori pœna constringitur q̃ peccans.

¶ De imperio voluntatis. Capitulũ. x.

QVEMVM VIDENDVM EST

de actibus ꝑeratis a volũtate. Vbi primo sciendũ: ꝙ imperare est actus rõnis ꝓsupposito a mẽa actu volũtatis: scd'm brñ Tho. f. ij. q. xv. Vnde & põs dicit ꝙ appetitiuũ obedit rationi: ex q̃ sequitur ꝙ rationis est imperare. Est autẽ actus rõnis: imperare essentialiter. Imperãs em̃ ordinat eiꝭ cui imperat ad aliquid agendum: intimãdo vel denũtiãdo. Sic autẽ ordinare per modũ cuiusdã intimationis est rõnis. Sed rõ põt aliquid intimare dupliciter. Vno modo absolute: quę qdẽ intimatio expri mitur per verbũ indicatiui modi: sicut si aliquis alicui dicat hoc tibi faciendũ est. Scõo modo ratio intimat aliqd quidditi alicui mouẽdo ipm ad hoc. Et talis intimatio exprimitur pliciter per verbum ꝑeratiui modi: pura cum alicui dicitur. Fac hoc. primum autem mouens in viribus animę ad exercitium actus est voluntas: vt. ẽ. dictum est. Cum igitur secũ

Rõ intimatur per verbũ indicatiui modi

¶ Prima ꝑs. ℓ iiij

Universidad de Deusto
Biblioteca

dam mouẽs: nõ moueat nisi in virtute primi mouẽtis: sequitur ꝙ ipsum qđ ratio mouet imperando: sit ei ex virtute voluntatis. Vnde relinquitur ꝙ imperare, sit actꝰ rationis pręsupposito actu voluntatis: in cuius virtute: rõ mouet per imperiũ ad exercitiũ actus. Et nota scđm beatum Tho. vbi. ē. ꝙ radix libertatis est voluntas sicut subiectum: sed ratio sicut causa: est libertatis. Ex hoc enim voluntas potest libere ad diuersa ferri: quia ratio potest habere diuersas cõceptiones boni. Et ideo philosophi diffinierunt liberum arbitrium: ꝙ est liberum de ratione iudiciũ quasi ratio sit causa libertatis. Ex his sequitur: ꝙ imperare proprie non cõuenit brutis. Nam nihil aliud est imperare(vt dictũ est)ꝫ ordinare aliquem ad aliquid agendũ. Ordinare autem est actus propriꝰ rationis: qua carẽt animalia bruta. Et ꝙuis per imperium fiat impetus ad opꝰ: non tamen per hoc bruta dici possunt habere imperium: quia habent impetum ad opus. Nam homines faciũt impetum ad opus: per ordinationem rationis: vnde in eis talis impetus habet rationem imperij. Sed bruta hoc faciunt ex instinctu naturæ: quia statim appetitus eorum: apprehenso conuenienti vel incõuenienti: naturaliter mouentur ad prosecutionem vel fugam.

Imperare nõ conuenit brutis.

§. I. IMPERIVM PRAECEDIT

vsum & est vnꝰ actꝰ rationis. qđ sic ꝓbat beatus Tho. vbi. ē. ar. iij. Vsus eius quod est ad finẽ: scđm qđ est in ratione referẽte ipsum in finẽ: precedit electionẽ: vt. ē. dictũ est. Vnde multo magis: precedit imperiũ: sed vsus eius quod est ad finem scđm ꝙ subditur potẽtię executiuę: sequitur imperiũ eo ꝙ vsus vtentis cõiunctus est cũ actu ejus: quo quis vtitur. Non enim vtitur aliquis baculo: antecꝫ aliquo modo operetur per baculũ. Imperium autẽ nõ est simul cum actu eius cui imperatur. Sed naturaliter prius est imperiũ ꝙ imperio obediatur: & aliquando etiam est priꝰ tempore. Et sic patet ꝙ imperiũ est prius ꝙ vsus. Vnde Damas. dicit ꝙ impetus ad opus: quod sit per imperium precedit vsum. Post determinationẽ enim cõsilij: quę ẽ iudiciũ rationis volũtas eligit: & post electionẽ ratio imperat ei per quod agẽdum est qđ eligitur: & tũc demũ voluntas alicuius incipit vti: exequendo imperiũ rationis: quãdoꝙ qui dẽ volũtas alterius cũ aliquis imperat alteri: quãdoꝙ autem voluntas ipsiꝰ imperãtis: cũ aliquis imperat sibi ipsi. Est autẽ imperiũ vnus actus: cũ actu imperato: nihil enim prohibet(vt dicit beatus Tho. vbi. ē. artẽ. iiij.) aliqua esse scđm quid multa: & scđm quid vnũ. Sicut autẽ in gẽre rũ naturaliũ: aliquod totum cõponitur ex materia & forma: vt homo ex anima & corpore: qui est vnũ ens naturale: licet habeat multitudinẽ partium. Ita etiam in humanis actibus: actus inferioris potẽtiæ: materialiter se habet ad actũ superioris: inquãtũ inferior potẽtia agit in virtute superioris mouentis ipsam: formaliter se habet ad actũ instrumenti. Et sic patet ꝙ imperium ẽ actus imperatus. Sunt vnus actus humanus sicut quoddã totũ: sed est multa scđm partes. Quando emẽ vna potẽtia est mouens alteram: tunc actus earũ sunt quodãmodo vnus. Nam idẽ est actus mouentis & moti scđm philosophum.

Imperium est vnus actꝰ cũ imperato

actꝰ volũtatis est imperatus.

§. II. EXTENDITVR AVTEM

istud imperiũ ad actũ volũtatis: ad actum rõnis: ad actũ appetitꝰ sensitiui: & ad mẽbra corporis. Nõ autẽ ad actus animę vegetabilis. Et de singulis horum videndum. Et ꝙ actus voluntatis sit imperatus: probat sic beatus Thom. vbi. ē. art. v. Omne qđ ẽ in potestate nostra: subiacet imperio nostro. Sed actus voluntatis sunt maxime in potestate nostra. Nã oẽs actus nostri: intantum dicũtur esse in potestate nostra: inquantum sunt volũtarij. Vnde sequit ꝙ actus voluntatis imperãtur a nobis. Patet idẽ etiam ex hoc: quia(vt dictũ est) imperium nihil aliud est: ꝙ actꝰ rationis ordinantis: cũ quadã motione: ad aliquid agendũ. Manifestũ est autẽ ꝙ ratio potest ordinare de actu volũtatis: sicut enim potest iudicare ꝙ bonũ est aliquid velle: ita potest ordinare in operando ꝙ homo velit. Et sic patet ꝙ actus volũtatis potest esse imperatꝰ. Et(vt dicit Augu. ci) animus perfecte imperat sibi vt velit: tunc iam vult. Sed ꝙ aliquãdo imperet & nõ velit: hoc cõtingit ex hoc ꝙ nõ perfecte imperat. Imperfectũ autẽ imperium cõtingit ex hoc ꝙ ratio ex diuersis partibus mouetur ad imperandũ: vel nõ imperãdũ: vnde fluctuat inter duo: & nõ perfecte imperat. Itẽ sicut in mẽbris corporalibus: quod liber mẽbrũ operatur nõ sibi soli: sed toti corpori sicut oculus videt toti corpori. Ita in potentijs animę. Nã intellectus itelligit nõ solũ sibi sed oibus potẽtijs & voluntas vult nõ solum sibi: sed omnibꝰ potẽtijs: & ita homo imperat sibi actũ volũtatis inquantũ est intelligens & volẽs. Item cũ imperiũ sit actus rationis ille actus imperatur qui subditur rationi: primꝰ autẽ voluntatis actus non est ex ordinatiõe rõnis: sed ex istinctu superioris cause: & ideo nõ oportet: ꝙ eatur in infinitũ. Imperatur etiã actus rationis. Dicit em Damas. ꝙ homo libero arbitrio exquirit: scrutatur iudicat & disponit. & hi sunt actus rõnis. Pro cuius declaratiõne: dicit btus Tho. vbi. ē. art. vj. ꝙ ga rõ supra seipsam reflectit: sicut ordinat de actibus aliarũ potẽtiarũ: ita etiã ordinare põt de actu suo. Vnde & actus suus põt etiã esse imperatus. Sed attendendũ: ꝙ actus rõnis: potest considerari tripliciter. Vno modo quãtum ad exercitiũ actꝰ et sic actus rõnis semp imperari põt sicut cũ indicitur alicui: ꝙ deratur intẽdat & ratiõe vtatur. Alio modo: quãtũ ad obiectũ respectu cuius: duo actus rationis attenduntur. Primo quidẽ vt veritatẽ circa aliquid apprehẽdat: & hoc nõ est i potestate nostra. hoc em contingit per virtutẽ alicuius luminis naturalis vel supernaturalis. Et ideo quantum ad hoc actus rõnis non est in potestate nõstra: nec imperari põt. Alius aũt actus rõnis est: dũ his quę apprehẽdit, assentit. Si igitur sint talia apprehensa: quibus naturaliter intellectus assentiat sicut pria principia: assensus talium vel dissensus: non est in potestate nostra: sed in ordine naturę: et ideo ꝓprie loquẽdo: nec imperio subiacẽt. Sunt autẽ quędã alia apprehẽsa: quę ita nõ cõuincũt itellectũ: qn possit dissentire vel assentire: vel saltem assensum vel dissensũ suspẽdere: ꝓpter aliquã causam. Et in talibus assensus ipse et dissensus: in potestate nostra cadit & sub imperio est. Imperatur etiã appetitus sensitiuus & subiacet imperio rõnis: sed nõ totaliter: qđ sic declarat btus Tho. vbi. 3. ar. vij. Appetitus sensitiuus in hoc differt ab appetitu intellectiuo qui dicitur volũtas: ga appetitꝰ sensitiuus est virtus organi corporalis nõ aũt volũtas. Omnis autẽ actus virtutis vtẽtis organo corporali: depẽdet nõ solũ ex potẽtia animę sed etiã ex corporalis organi dispositione: sicut visio ex potẽtia visiua & qualitate ocli: per quam iuuatur vel impeditur. Vnde actus appetitus sensitiui: nõ solũ depẽdet ex vi appetitiua: sed etiam ex dispositione corpis. Illud autẽ quod est ex parte potentię animæ: sequitur apprehensionẽ. Apprehensio autẽ imaginatiõis cũ sit particularis: regulat ad apprehensionẽ rõnis quę est vniuersalis: sicut virtus actiua particularis: a virtute actiua vniuersali. Et ideo ex ista parte actꝰ appetitus sensitiui: subiacet rationis imperio. Qualitas autẽ & dispositio corporalis: non subiacet imperio rationis: & ideo ex hac parte impeditur ne appetitus sensitiui motus: subdatur totaliter imperio rationis. Contingit etiam quãdoꝙ ꝙ motus appetitꝰ sentiui: subito concitatur ad apprehensionem imaginationis vel sensus: et tunc ille motus est præter imperiũ rationis: ꝙuis potuisset impediri a rõne si preuidisset. vñ & ꝓbs dicit i. j. Politice: ꝙ ratio præest cõcupiscibili & irascibili nõ pricipatu dispontico: qui est ad liberos: qui nõ totaliter subduntur imperio. Et ꝓpter hoc: dicit apls Roma. vij. Non em quod volo bonũ hoc facio: quia. ſ. vult non concupiscere: & tamen cõcupiscit saltem: quo ad primos motus qđ prouenit ex dispositione corporis: p quã impeditur appetitus sensitiuus: nec totaliter imperiũ rationis sequatur: cõtingit etiam hoc propter subitũ motũ concupiscẽtię. Actus aũt animę vegetabilis: vt digestio: formatio corporis, per generationem & hmõi: nullo mõ subijciunt imperio rõnis. Qđ sic ꝓbat beatꝰ Tho. vbi. ē. art. viij. Ratio imperat: p modũ apprehẽsiue virtutis. Cũ autẽ omne agẽs aliquo modo appetat finẽ: appetitus naturalis nõ sequitur aliquã apprehensionẽ: sicut appetitꝰ aialis aut intellectiuus & ideo illi actus qui procedũt ab appetitu aiali vel intellectiuo possunt a rõne imperi: nõ aũt illi q procedunt ab appetitu naturali hmõi autẽ sunt actus aiæ vegetabilis. Vnde Greg. Nice. dicit: ꝙ vocatur naturale: quod est generatiuũ & nutritiuũ: & hmõi nõ persuadetur a ratione. Imperio rationis mouentur membra corpis: ad actus suos: nisi cor & mẽbrũ genitale. Qđ sic declarat beatus Tho. vbi. ē. ar. ix. Mẽbra corporis sũt organa quædã potẽtiarũ aiæ. Vnde eo modo quo se habẽt potẽtiæ animę: ad hoc ꝙ obediãt rationi hoc modo se habẽt & mẽbra corporis. Quia igitur vires sensitiuę subduntur imperio rõnis: nõ aũt vires naturales: ideo oẽs motꝰ mẽbrorũ: quæ mouentur a potẽtijs sensitiuis: subdũtur imperio rõnis. Motus aũt mẽbroꝝ qui cõsequũtur vires naturales: nõ subduntur imperio rõnis: Et nota ꝙ sicut i his quæ ad intellectũ & voluntatem pertinent, primũ iuenit id qđ est ſm naturam: ex quo alia deriuãtur: sicut a cognitiõe principiorũ naturaliter notorũ cognitio cõclusionũ & a volũtate finis naturaliter desideratꝰ: deriuat electio eorũ: quę sunt ad finem: ita in motibus corporalibus: principiũ est scđm naturã. principiũ aũt corporalis motus: est a motu cordis: vñ motus cordis corporalis est scđm naturã nõ scđm volũtatem. Vñ Grego. Nice. dicit: ꝙ sicut generatiuũ & nutritiuũ nõ obedit rationi: ita nec pulsatiuũ qđ est vitale. Pulsatiuũ aũt appellat: motũ cordis q manifestatur p venas pulsatiles. De mẽbro genitali dicit Aug. in. xij. de ciui. dei ꝙ hoc mẽbrũ nõ obediat rationi: qđ motus i eo insurgũt etiã nolẽte hoie: est ex pœna peccati: vt scilicet aia suæ inobedictiæ: ad deũ pœnã patiat: p qđ pctũ originale ad posteros trãsmittit. Sed phs in lib. de causa motus aialiũ: assignat causam naturalẽ: qa ista duo mẽbra. ſ. cor & pudendũ: nõ subiacent iperio rationis: ex eo videlicet ꝙ vtrũqꝫ horũ est quasi quoddã animal separatũ: inquãtũ est principiũ vitę. Principium aũt: est virtute totũ: cor em principiũ est sensuũ. Et ex mẽbro genitali exit virtus seminalis: quæ, est virtutum totum aial: & ideo habent proprios motus naturaliter: quia principia oportet esse naturalia: vt dictum est. ẽ.

Actꝰ rõnis ẽ imperatꝰ.

Actꝰ rõnis ẽ imperatꝰ tripliciter.

Mẽbrũ virile nõ obedit rationi.

Appetitus sensitiuus subiacet imperio rationis.

Vegetatiuę potẽtię nõ subiacet imperio rationis.

§. III. DA IMPERIVM TVVM

puero tuo. Pſ. lxxxv. Loquitur ꝓpheta ad dominũ orans Et potest intelligi de triplici imperio.

¶ Primum est imperium diuinale: & reuerendum.
¶ Sed scm est imperium temporale: & discernendum.
¶ Tertium: est imperium internale: & custodiendum.

De imperio diuinali,

Primum imperium absolute: est dñi dei cui subiacẽt oĩa Vnde Mardocheus in oratione dicebat Hester. xiij. Domine deus omnipotens: in ditione tua cuncta sunt posita: & non est q possit resistere volũtati tuæ & Aug. Nihil i mũdo fit: qđ de illa aula cœlestis & eterni iperatoris: nõ egrediatur o patiue. ſ. vel pmissiue. Nec tũ aliquid mali pmitteret euenire i vniuerso: nisi ex illo malo: omnipotẽtia & bonitas sua: eliceret maius bonũ: sicut ex crudelitate tyrãnoꝝ: & rabie infidelium elicita ẽ patiẽtia: & coronatio martyrũ: & ex errore hereticoꝝ doctrina radiosa doctoꝝ. Ante autẽ ꝙ deus ipse carni nostræ esset vnitus: multum rigide exercebat imperiũ: tãꝫ spiritus qui est aduersus carnẽ ipsi nõ parcens. Nõ permanebit inquit spũs meus in homine in æternũ: quia caro est. Gen. vj. Vnde & diluuio delevit omnem carnẽ: exceptis reseruatis in arca. Sodomitas in igne cõsumpsit. Israelitas prostrauit in heremo. Iudæos in Babylonia captiuauit. Propter quod dicebatur. Deus emulator & vlciscens dñs vlciscens dñs & habens furorẽ: vlciscens dñs in hostes suos: & irascens ipse inimicis suis. Nau. ſ. Sed postꝫ vnitus est carni nostræ per incarnationem: ex his ꝙ passus est didicit compati infirmitatibus nostris. Et hoc est qđ ꝓpheta petit cũ dicit. Da imperium puero tuo. Hoc est petere incarnari: vt ipe mitius incarnatus agat & clementius: erga genus humanũ. Nam subito ab initio fuę cõceptionis: datũ est sibi imperiũ vniuersi: vt in nõie eius: omne genu flectatur. Multiplicabit eius imperium(inquit Esa. ix. c.) de ipso christo loquens: puero nato in mũdo. Est ipse postꝫ resurrectiõem: dixit discipulis. Data est mihi omnis potestas: in cœlo & in terra. Mat. vlti. Non ꝙ tunc fuerit sibi data de nouo: sed tũc cœpit manifestari potestas data vt dicit magister in. in. sen.

De imperio tẽporali.

Quãtum ad scm imperiũ: large sumpto isto vocabulo importat quoddã dominiũ qđ quis habet super aliquem vel aliquos: ex quo potest ipsis aliquid imperare seu præcipere: & illi tenentur obedire. & sic pater habet iperiũ super filios: vt ei in licitis debeãt obedire. Vñ dr Deut. xxj. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum: qui non audiat patris vel matris imperium & coercitus obedire cõtẽpserit: accusatus ab eis senioribus ciuitatis: de

Imperium inquo primo fuerit.

sua inobedientia & inordinata vita: lapidari iubet a populo. Sic & maritus imperium habet super vxorem: præpue circa gubernationem ꝺom. Et ideo quia Vasthi reginam vxor. Assueri regis a rege vocata: noluit venire ad cõuiuium suum: de consilio sapientum suoꝝ repudiata fuit: et regno priuata: qui hoc cõsuluerunt ista de causa: ne cõiuges Persarum atqꝫ Mædoꝝ puipẽderent imperia maritorum. Hester. ſ. Dñi quoqꝫ temporales: sibi subditis ipserant. Iuxta illud Prouerb. viij. Per me reges regnant: & legum conditores iuxta decernunt &c. Per me principes iperant. Et multo magis reges in regnis suis. Vnde dixerũt decem tribus Roboam filio Salomonis regnum susci pienti post mortem patris. Imminue de regno patris tui durissimo: & de iugo grauissimo qđ ipse posuit nobis: & seruiemus tibi. in. Regũ. xij. Sacerdos quoqꝫ imperiũ dicitur habere super oues sibi cõmissas & illę tenentur obtemperare in his: quæ pertinent ad salutem fidelium: seu ad necessaria ad salutem alis mortẽ animæ incurrerẽt. Dicitur em Deut. xvij. a dño. Qui superbierit nolẽs obedire sacerdotis imperio morietur ille homo. Apostolus quoqꝫ Titum discipulũ suũ episcopũ: admonet dicẽs. Argue cũ omni imperio. i. auctoritate ostẽsa & rigiditate. Quis enim(vt dicit Seneca) melius imperat qui remissius imperat. Hoc verum est: cooperando nimiam securitatẽ, quam ꝺmuniter reprobant iura diuina & humana & natura ipsa male tolerat. Propter quod dicit Cry ſ. Melius est(ſ. i. minus malum) habere deo reddere rationem de nimia misericordia ꝙ de nimia seueritate, xxvj. q. vij. alligant. Nimia tamen remissio et multũ excessiua nimis solet nocere subditis. p pter qđ dicitur Eccli. xlij. Melior est iniquitas viri: ꝙ mulier benefaciens. Quę auctoritas a quibusdam sic exponitur. Melior est seueritas prelati: & si cum aliqua excessu: ꝙ nimia mollicies & remissio: ex qua subditis bũfacere videatur. Verũ ex his imperijs: nullus appellari consuevit imperator nisi ille qui tenet monarchiã mundi: & præest oibus in temporalibus. Vnde Hiero. In apibus princeps vnus est. Grues: vnã sequitur ordine iterato. Imperatorvnus. vñ. q. i. in apib. Talis dignitas imperialis: primo videtur fuisse in gente Assyriorum: vt i Nabuchodonosor: & Assuero. Deinde in Mędis & Pærsis sub Cyro et Dario: et quibusdam alijs. Exinde in Græcis sub Alexandro magno. Demum in Romanis: quorum primus Imperator Iulius Cæsar fuit. Et sub eius successore Octauiano: natus est Christus. Et sub Tyberio baptizatus & crucifixus. vt patet Luc. iij. Sed cõsiderans propheta: ꝙ imperatores & quicumqꝫ rectores, qui non sunt serui dei quales sunt infideles omnes multa mala: oppressiones: psecutiones: cruciatus: & occisiones inferũt seruis dei. vt patet de imperatoribꝰ infidelibꝰ Diocletiano: Maximiano. Decio: Nerone & alijs paganis. Iuliano apostata, Constantino hæretico: & alijs plurimis: ideo petit psalmista imperium suũ. i. dignitatẽ: siue imperialẽ: siue regalem: siueqlẽ cũqꝫ præsidentiã dari puero suo. i. seruo suo. Visitatum est em in scriptura seruũ vocare puerũ: vt illud Mattẽ. viij. Puer meus iacet in domo paralyticus. quę Lucas euangelista appellat seruũ. Imperiũ aũt & quecumqꝫ prælatio dr imperium dei: ga vt dicit apls ad Rom. xiij. Omnis potestas a dño deo est. & Dan. iiij. Sciant hoies: quia dominatur excelsus in regno hoim: & cuicũqꝫ voluerit dabit illd. Et Augu. in de ciui. dei. Prouidentia diuina: regna constituuntur humana. Exaudita fuit oratio ꝓphetæ prædictæ: ſ. da imperiũ puero tuo: qñ Constantinus imperator factus est christianus: & seruus dei. Ex quo facto ecclesia dei fuit mirabiliter exaltata in tẽporalibus & spũalibus.

Puer in sacra scriptura dr seruus.

§. IIII. EST AVTEM DIGNI-

tas in ecclesia seu in orbe quæ antecedit dignitatem imperialẽ: videlicet papatus. Quãuis enim vtraqꝫ dignitas principiũ habuerit a christo summo pontifice & summo imperatore: vt dr dist. x. qñ idem mediator. Nõ tamẽ ex æquo se habent: & de pari istæ dignitates sed subalternatim: ita ꝙ imperator sit sub papa. Qđ ostenditur ratione: similitudine: & auctoritate. Ratione quidẽ: ga vt dicit phus. xij. Meta. Entia nolunt male disponi. Male aũt vel minus bene disponerẽtur: si mẽbra ecclesiæ seu fideles qui sunt nobilissima entia in mũdo pluribus gubernarẽtur ex equo. Nã frequẽter. qđ vni placeret alteri displiceret: & qđ vnꝰ sta

Papa ẽ maior ĩ patore.

tueret alius destrueret: sicut de facto pluries contigit: quãdo euenerũt cõtrouersię: inter papã & imperatorẽ. Nõ aũ tẽ dicẽdũ est: ip̃eratorẽ esse super papã: sicut nec caro super spiritũ: nec rẽporale super spũale: sed papa est sup̃ imperatorẽ. Vnde & primo (scilicet Petro) dixit xp̃s. Pasce oues meas. Io. vlti. Et ideo: si imperator ouis christi. i. fideli is esse desiderat: oportet vt summo pastori regimine & imperio se subditũ fateatur. argu. ad hoc distĩ. x. Suscipitis. In hmõi signũ papa cõfirmat & cõsecrat seu benedicit imperatorẽ Dicit aũt apls ad Heb: vtiq; minor a maiori benedicitur.

Mirum q̃ nulli papa canonizatus hac vsus est prãte.

Insuper papa deponit imperatorẽ: cum subest causa sicut Innocẽtius deposuit federicũ: qd' nõ posset: si maior non esset. par em̃ in parẽ non habet imperiũ. dist. xxj. inferior Transtulit quoq; papa imperiũ de Græcis in Francos: & de Francis ad Alemãnos: vt patet distin. lxiij. Adrianus. quo ad primũ & in. c. seq. quo ad secũdum. Excõmunicat quoq; papa imperatorem: sicut Innocẽtius papa Archadium imperatorẽ excõmunicauit. Et ambrosius: qui non erat papa. Theodosium magnum imperatorẽ ab ecclesia cum excommunicatis exclusit vt dist. xcvj. duo probatur & hoc similitudine. Nã & ecclesia militãs: imitatur inquãtum potest triumphantem: quæ sub vno principe gubernatur. s. deo. Sic & decet ecclesia præsentem sub vno põtifice summo regi & gubernari: qui tñ non dicitur imperator sed summus pastor seu papa. i. pater patrum: vt nouerit se nõ quasi tyrannũ dominare i clero & fideli populo: sed tãq; patrẽ oĩm viscerosõ amore cunctos diligere: & pro posse iuuare. Cõparantur etiam hæ duæ dignitates soli & lunæ papatus soli: qd' est luminare maius: & imperiũ lunę qd' est luminare min⁹. Sicut ergo luna inferior est: & lumẽ recipit a sole: vt in. c. solite. de maio. & obe. sic imperator iferior est papa: & lumẽ sue potestatis susciꝑit ab eo. Auctoritate idẽ probatur. Dicit em̃ Gelasius papa Anastasio imperatori scribẽs. Duo quippe sunt, imperator Augustæ, q̃ bus principaliter hic mũdus regitur: Auctoritas sacra põtificũ: & regalis potestas: in quibus tãto grauius est pondus sacerdotũ: quãto etiã pro ipsis regibus hominũ in diuino reddituri sunt examine rationẽ. di. xcvj. duo. Hinc & Ambro. i eo. c. Si sublimitatẽ episcopalẽ: regũ fulgori cõpares & principũ diademati: lõge erit inferius: q̃ si plumbi metallũ: ad auri fulgorẽ cõpares. Quippe cum videas regum colla & principũ: submitti genibus sacerdotum: & exosculata eor̃ dextera: orationibus eor̃ credant se cõmuniri. Itẽ Ioannes papa ad Honorium inquit: Si imperator catholicus est: filius est nõ præsul ecclesiæ: qd' ad religionẽ cõpetit: discere ei cõpetit: nõ docere. dist. ea. si ipera tor. Vnde & de ecclesiasticis personis & rebus non prinet ad eũ disponere: nisi persuadẽdo & cõsulẽdo. argu. ad hoc dist. xcvj. bene quidẽ. Si qua aũt disposuerunt circa ecclesiastica: intantũ sũt valida: inquantũ ecclesia approbauit vt. xvij. q. iij. si quis suadẽte. §. qui autẽ. Habet tamẽ papa vtrũq; gladiũ. s. temporalẽ & spiritualẽ. Spiritualẽ quidẽ vt excõicationis & hmõi: quẽ vniuersaliter ad oẽs exercere valet. Tẽporalẽ aũt in terris ecclesiæ per suos ministros exercet. In alijs aũt ciuitatibus vtitur in supplementum defectus: cũ ad eũ appellatur: vl' de alio modo. Et i hui⁹ figurã dixerũt apostoli dño. Ecce gladij duo hic. Luc. xxij.

Nota' pro sũmo põtifice.

§. V. TERTIVM IMPERIVM SCI

Impera tor est filij⁹ ecclesiæ nõ præsul.

De ip̃erio ĩternali.

licet iternale. est in quolibet. est enim voluntas tanq; regina & ip̃eratrix actuũ aliaꝝ potentiaꝝ & mẽbrorũ corpis Et in hoc differt homo a brutis: quia dñiũ habet actuum suoꝝ quod illa non habent. Vnde Seneca. Vis tibi dem magnũ imperium: impera tibĩpsi. Et hoc signatur. s. exercitiũ huius imperij rectum: in eo quod dixit Cẽturio christo Mat. viij. Ego. s. homo sub potestate constituꝰ sum habẽs sub me milites: & dico huic vade & vadit: & alio veni & venit & seruo meo fac hoc & facit. Vbi innuitur ip̃eriũ volũtatis: quę est sub diuino imperio: super triplex genus potẽtiæ. s. appetitiue: cũ dr̃ dico huic vade & vadit. Affectus em̃ voluntatis extẽdit se ad rem volitã seu amatã. Sed'm apprehẽsiue siue interioris siue exterioris: qd' notatur: cũ dicit: & alio veni & venit. Per hoc em̃ quis itelligit cũ similitudo rei venit seu recipitur in ipso sensu vel itellectu. Tertio executiue vel motiue in eo q. d' dicitur: seruo meo fac hoc & facit. Seruus noster est corp⁹: in quo est vis motiua mẽbroꝝ: & hoc tũc facit: qd' sibi ip̃eratur q̃ mẽbra mouet & operaꝝ sed'm rationẽ. Vel sic. Dicit quisvade & vadit: cũ resistit rẽrationib⁹ vitioꝝ. Tũc em̃ recedũt saltem ne dominẽtur. Dicit alio: veni & venit: cũ bonis inspirationibus acgescit: optãs vt veniãt & permaneãt. Seruus est corpus: qd' tunc facit qd' sibi dicit dñs spũs: cũ castigat & mortificat se concupiscentiꝫ suis.

¶De vsu. Capitulum. xl'

§. II. QVIBVS REBVS EST

Vsus ẽ actꝰ volũtatis.

E VSV SIT ACTVS VOluntatis: & diuersis diffiniõib⁹ ejus. Vbi sciendum q̃ vsꝰ rei. alicuꝰ sed'm be. Tho. s. ĩ. q. xxj. importat applicationẽ illiꝰ rei. ad aliquã operationẽ. Vñ opatio ad quã applicamus rem aliquã. dicit vsus eius. sicut equitare est vsus equi: & percutere est vsus baculi ad operationem autẽ applicamus & principia interiora agendi. s. ipas potẽtias aiæ: vl' mẽbra corporis: vt intellectum ad intelligendũ: & oculũ ad vidẽdum: & etiã res exteriores: sicut baculũ ad percutiẽdũ. Sed manifestũ est q̃ res exteriores: nõ applicamꝰ ad aliquã opationẽ: nisi p̃ principia intrinseca quæ sunt potẽtię aię aut habitus Potentiarũ autẽ organa sunt mẽbra corpis. Ostensum est aũt supra q̃ voluntas est, quæ potẽtias aię mouet ad actus suos: & hoc est applicare eas ad operationem. Vñ manifestum est: q̃ vti primo & principaliter: est voluntatis tãq; primi mouẽtis: rõnis tãq; dirigẽtis. Sed aliarũ potẽtiarũ: tãq; exequentiũ. quę cõparantur ad voluntatem a qua applicantur ad agendum: sicut instrumento ad principale agens. Actio aũt proprie nõ attribuitur instrumento: sed principali agenti: sicut ędificatio ædificatori.

§. I. SED PRO MAIORI DECLA

Vti dr̃ triplr.

ratione dicit bea. Tho. in. j. sentẽ. dist. j. q̃ vti dr̃ triplicit' Vno mõ: prout: nominat quãdam opationẽ: sed'm q̃ dicimus vsum alicuius rei: esse bonũ vl' malũ. Et sed'm hoc vi detur diffiniri ab. Aug. cũ dicit q̃ vti est aliquid assumere in facultatem volũtatis. i. vt vtens operetur de eo: q̃ vtit ad nutũ volũtatis. Sed'o modo dicit frequentiãopationis & sic vsus est idẽ, qd' consuetudo. Et sed'm hoc diffinit. Victorinus: q̃ vsus est actus de potentia frequenter elicitus. Et Isido. Prauum vsum: lex & ratio vincat. dist. xj. c. j. Tertio modo dr̃ vti: respectu eoꝝ quæ ordinãtur ad finem. Et sic sumitur hic cum distinguitur contra frui. Et diffinit ab Augustino: q̃ vti est quod in vsum venerit: referre ad id quo fruendum est. Vbi notãdum: totum hoc qd' dicitur: id quod in vsum venerit: ponit loco vnius dictionis & ẽ circũlocutio huius quod dicovtile: quod est obiectum huius actus vti. Actus autem conueniẽter p̃ suum obiectum diffinitur. Id autẽ qd' est ad finem inducitur ad finem per imperiũ voluntatis. Vnde vti est actus volũtatis quę est vniuersalis motor virium sed'm ordinẽ ad rationem.

Varia diffinitiones vsus

§. II. QVIBVS REBVS EST

vtendum dicendum q̃ vtibilia sunt oẽs creaturę mundi. Opera nostra: & pœnę temporales: qa hęc oia debemus in deũ referre vt i finẽ. Pro cui⁹ declaratione: dicit be. Tho. vbi. ĩ. q̃ quęcũq; sunt bona: nõ habẽt bonitatẽ: nisi iquãtũ accedunt; ad similitudinẽ bonitatis diuine. Vnde oportet: q̃ cũ bonitas sit ratio dilectionis & desiderij: q̃ omnia amẽtur in ordine: ad bonitatẽ primã. i. diuinã. Omne aũt qd' bonũ ẽ a deo est: vñ q̃ ab ipso nõ sunt: nec q̃renda sũt nec vtendũ est eis. Vnde nullo peccato vtendum est: quia peccatum non est a deo. Pœna autem a deo est: & ideo ea vtendum est: & ordinanda in finem: sed'm q̃ promouet meritum hominis: ducens eum i considerationẽ proprię infirmitatis. & sed'm q̃ purgat pctã. Similiter & res mundi quia ab ipso sunt eis vtendum est: vel inquantum conferunt ad dei cognitionẽ: ostendentes ei⁹ magnitudinem: vl' inquãtum sunt in subsidiũ vitę nostrę ordinatę in deum. Qd' em̃ dicãt creaturæ esse factæ: in odium: & muscipulã pedibus insipientium hoc est ex parte hois inquantum abutãt eis: sistendo in eis vt in fine: & non ex pte ipsarum creaturarum. Sil' opera quæ mala sunt. ab ipso sunt: & p̃ pter ipsum facienda: non q̃ quãlibet operationem oporteat semp actualiter referre in deũ: sed sufficit q̃ habitualiter constituat finem in deo: suæ voluntatis.

§. III. VSVS AVTEM NON SOLVM

est in via:

Vsus ẽt aliq̃ rũ ẽ i pria

est in via: sed etiã in patria quo ad quædã. Pro cui⁹ declaratione dicit beat⁹ Tho. vbi. ĩ. q̃ vsus cũ sit eorum q̃ sunt ad finẽ quædã sunt cõtingẽtia finem & includẽtia ip̃m. Et hæc sunt quę nõ repugnãt perfectioni finis: sicut dispositiones materiæ manẽt cũ forma substãtiali. Et talium erit vsus in patria. Sicut pfectiones naturales & septem dona spiritussancti: & alia quæ ex sua ratione imperfectionem non dicunt. Quædam autem sunt ad finem: sicut distãtia a fine: vt mor⁹ & hmõi: & istis ꝓpter suã imperfectionẽ nõ cõpatitur finis. Et horũ nõ erit vsus in patria. sicut pœnę actus: fidei: spei: cibi: & hmõi. Differt aũt vsus dei in reb⁹ creatis ab vsu nostro in duobus. Primo quia deus vsum suũ quo vtitur rebus: refert ad bonitatẽ suam. Nos autem nõ ad bonitatẽ nostrã sed ipsius. Sed'o qa nos referimus vsum nostrum quo operamur circa creaturas ad vtilitatẽ nostrã. Ipse vero nõ ad vtilitatem suã: sed nostrã. Primũ

Vsus sequit ele ctionẽ.

ostendit magister in. j. dist. j. in operibus misericordię creationis & iusticiæ. Vsus electionẽ sequit: & præcedit executionẽ operis. Vñ Damas. dicit q̃ post electionẽ impetũ facit ad opationẽ: & postea vtitur: ipam ei executionẽ operis præcedit motio: qua voluntas mouet ad exequendum sequitur autẽ electionẽ. Et sic cum vsus pertineat ad prędicta motionẽ voluntatis est mediũ inter electionẽ & executionẽ quæ executio pertinet ad imperiũ: vt dicek in seq. cap. Pro huius maiori declaratione dicit btũs Tho. in. j.

Dupli cẽ habitudinẽ habet volũtas ad volitũ.

ĩ. q. xvj. ar. iij. q̃ volũtas habet duplicẽ habitudinẽ advolitũ. Vnã ſm qd' volitũ ẽ quodãmõ in volẽte per quãdã ꝓportionẽ ad volitũ. vnde & res quæ sunt naturaliter ꝓportionatæ ad aliquẽ finẽ: dicũtur naturaliter appetere illũ finẽ. Sed sic habere finẽ est impfecte habere ipsum. Secũda habitudo volũtaris ad volitũ: est vt habeat ipm finẽ realiter: & hoc est pfecte habere ipm. Volitũ aũt nõ solum est finis: sed etiã id qd' est ad finẽ. Vltimũ autẽ qd' pertinet ad primã habitudinẽ voluntaris respectu eius qd' ẽ ad finẽ est electio. Ibi ei cõpletur proportio volũtaris: vt perfecte velit id: qd' est ad finẽ: sed vsus iã pertinet ad secũdã habitudinẽ volũtatis: qua rẽdit ad cõsequẽdũ rẽ volitã. Et sic paret q̃ vsus sequitur electionẽ. Si tñ accipiatur vsus ſm q̃ volũtas vtitur potẽtia executiua mouendo ipsam: sed qa volũtas etiã quodãmodo rationem mouet. & vtitur ea: potest intelligi vsus eius q̃ est ad finẽ sed'm q̃ est in cõsideratione rationis referẽtis ipsum in finẽ: & hoc modo vsus p̃cedit electionẽ. Itẽ sciẽdũ sed'm Tho. vbi supra q̃ electio p̃cedit vsum si referant ad idẽ. Nihil autẽ ꝓhibet q̃ vsus vnius p̃cedat electionẽ alteri⁹. Et qa actꝰ volũtatis reflectunt supra seipsos: in quolibet actu voluntatis potest accipi & cõsensus & electio & vsus vt si dicatur q̃ voluntas consentit se eligere: & cõsentit se cõsentire: & vtitur se ad consentiendũ & eligendũ: vt semper isti actꝰ ordinati ad id qd' est prius sint priores.

¶De bonitate & malitia humanoꝝ actuum. Cap̃. xij.

Differt bõitas naturæ & bonitas moris.

BONITATE VEL MALI

Bõitas obiectalis hũanorum actuum

Ex circũstantijs actũ denoiatur.

Circũstantia interdũ mutat speciẽ.

Obiectum actiõis est materia circa quã.

Obiectum actiõis inquantũ habet

Obiectum actiõis inquantũ habet

Obiectum actiõis inquantũ habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

repugnantiam: & vt cōtrariā ordini rationem: puta ratio considerat vel ordinat: seu considerare potest & ordinare: & si non facit hanc cōsiderationē vel ordinationē: nō esse iniuriam faciēdam loco sacro. Tollere ergo alienum de loco sacro: addit specialem repugnantiam ad ordinem rationis. Et sic circunstantia mutat speciem vt dicit beat⁹ Tho. vbi. ā. arti. x. Et tunc non remanet in ratione circunstantię in genere moris: cum dat speciem actui: quia cōsideratur vt quędā conditio principalis obiecti: & quasi q̄dam specifica differentia: sed in genere naturæ illius actionis. Non est autem conueniens: q̄ vnus actus moralis sit in pluribus specieb⁹ moris etiam disparatis. Cum autem circunstantia non respicit ordinem rationis in bono vel malo per se: sed præsupposita alia circūstātia: a qua actus moralis habet speciem boni vel mali: sicut rollere aliqd in magna quantitate vel parua: non respicit ordinē rationis in bono vel in malo: nisi præsupposita alia conditiōe per quam actus habet malitiam: puta hoc q̄d est esse alienum quod repugnat rationi: & ideo hoc nō mutat speciē peccati: sed aggrauat.

§. II. ACTIO HVMANA HA

Actiō denoīatur ex fine.

bet bonitatem & malitiā: pcipue ex fine. Vnde Boetius. Cuius finis bonus est: & ipm bonum: & cuius finis mal⁹: & ipsum quoq; malū. Pro cuius declaratiōe: dicit beatus Tho. vbi. ā. art. iiij. q̄ eadē dispositio rei: i bonitate: & in esse, est. Sunt em quędā: quoꝝ esse ex alio non dependet: & in his sufficit cōsiderare eoꝝ eē absolute. Quędā vero sunt: quoꝝ esse dependet ab alio: vnde oportet: q̄ consideretur per cōparationē ad causam a qua depēdēt: sicut autē esse rei: dependet ab agēte & forma: ita & a fine dependet bonitas. Vnde in personis diuinis: quæ non habēt bonitatē depēdētē ab alio: nō considerat aliqua ratio bonitatis ex fine. Actiones humanæ & alię: quorū bonitas depēdet ab alio: habēt rationē bonitatis ex fine: a quo depēdēt præter bonitatē absolutam: quę in eis existit. Sic igitur in actione humana: quadruplex bonitas considerari potest.

In actio nehūana

ſermone dñi in mōte lib. ſ. c. xiij. Et ſicut videtis iſtis maximis & nobilibus: ſiūt ſepulcra honeſtiſſima de marmore vel de alīs lapidib⁹ honeſtis ſeu lignis cum picturis & figuris: quę ſimul ornāt & honorant. Ita iſtis magnis & potentib⁹ mortuis per peccatum faciūt adulatores ſepulcra dealbata & depicta. i. palliantes & ornantes & excuſantes: immo commēdātes peccata porētum. Quia laudatur peccator in deſideriis aiæ ſuæ: & iniquus benedicit. Et iſti videntur eos honorare & ornare: & ita faciunt: ſed tū ſimul cū hoc onerant & opprimūt miſeros: vt nō reſurgant per pœnitentiā de peccatis. Vñ multū notat Greg. iiij. moral. c. lxxv. & lxxvj. ꝙ chriſtus tres mortuos ſuſcitauit: puellā in domo: iuuenem in porta. Lazarum i ſepulcro. Quartū vero mortuū: diſcipulo nūciāre cognouit: ſed eū nō ſuſcitat: quia valde difficile eſt: vt is quē poſt vſum male conſuetudinis: etiā adultimū adulantiū lingue: excipiūt a mētis ſuę morte reuocetur: de quo etiam bene dicit. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortui enim mortuos ſepeliunt: cū pctores pctōrē fauorib⁹ præmunt: erat aūt Lazarus mortuus: ſed nō ſepultus a mortuis: ſed a fidelib⁹ mulieribus. Sexto: corpus mortuum a vermib⁹ cōſumitur: & mēs priuata vita gr̄æ a verme cōſciētię deſperatiōis & finalis ipœnitētię. corrodit & mordet. Sic ergo cōueniēter ptm dicit mors, ꝓpter cōſimilē defectū vel, pceſſum defi ciēdi: ſic em intrat in animam: ſicut mors in corpus. Ro. v. Peccatū intrauit in mūdū: & per ptm mors. Secūdo ponitur ptm mors: ꝓpter conſimilē effectū. Mors nāq; facit corp⁹ rigidū & frigidū & fœtidū: putridū & horridū: terræū atq; pōderoſum. Iſto mō ptm mortale: facit aiam rigidā & ſuperbā & inobedientē ad deū. Prouer. xvij. Cum obſecrationibus loquit pauper: & diues. i. ſuperb⁹ effabit rigide. Frigidū p inuidiā quā vocat ꝓpheta malitiā. Hiez. vj. Sicut frigidā facit ciſterna aquā ſuā: ſic frigidam facit animā malitia ſua. Fœtidā per luxuriam. Eſaię. xxxiij. Decadauerib⁹ eor aſcēdet fœtor. Putridā per gulæ immoderantiam: per quā ſenſus & ratio ſopiuntur & ſepeliūtur: & homo in aſinū cōmutat. Hiere. xxij. Sepultura aſini ſepelietur putrefactus & ꝓiectus. Terrena per auaritiam quæ nihil ſapit niſi terrena. vt dicat tali aiæ: ſicut talpæ dixit natura: & ſerpēti dixit deus. Geñ. iij. Terrā comedes cūctis diebꝰ vitæ tuæ. Pigrā p accidiā: quæ nihil boni operatur. Prouer. xiij. Vult & nō vult piger. Et ſic cōueniēter ptm vocatur mors: ꝓpter cōſimilē effectū. Ro. vñ. Ptm vt appareat ptm: p bonū mihi operatū eſt mortē: vt fiat ſupra modū peccās ptm p mandatū. Tertio: ꝓpter cōſimilem aſpectū. Qa rūcumq; em homo fuerit amabilis: pulcher & delicatus: ſtatim poſt mortem erit horribilis: turpis & abominabilis: & a cōione hoīm ſeparandus. Sic aīa: ante peccatum pulcherrima & formoſa eſſe videtur: iuxta illud Cant. iij. Tota pulcra es amica mea: & macula non eſt in te. Sed per ptm ſpoliatur gratuitis: & vulneratur naturalib⁹: fit fœtida & abominabilis corā deo: vt dicat illud Ezech. xvi. Ad omne caput vitæ ædificaſti ſignū proſtitutiōis tuę: & abominabilē feciſti decorē tuū. Et tūc per peccatū anima miſera ſeparatur a cōmunione fidelium: & ab amicitia dei & angelor bonor. Prouer. xiij. Miſeros facit ppl⁹ ptm. Fauiſſim⁹ operarius eſt ille: qui difficilimis laboribus ſe fatigat: & tamen nihil ſtipendij vel mercedis in fine reportat. Quot laboribus & periculis difficilib⁹ ſe exponūt hoies pro peccato: iſti pro voluptatibus: illi p cupiditatibus: iſti ꝓ vanitatib⁹: inexplicabile eſt dicere. Et quod erit ſtipendium: certe mortis ſupplicij. & infernale ſuſpēdiū. Roma. vi. Stipēdia peccati mors. Et ideo poſtq; Salomon præmiſit Sapi. i. Nolite zelare mortem in errore vitę veſtræ: ſignanter adiunxit. Neq; acquiratis perditionē in operib⁹ manuum veſtrarum: quaſi di. Nullum aliud lucrum habebitis p peccatū. Et quia manus eſt organum organorum hominis: ſicut dicitur. iij. de anima ideo male operatiōes quæcūq; homo poteſt exercere per opera manuum ſuarum prohibentur.

Mūdus eſt barathrum.

Luc. ix. & Mat. viij.

Peccatū mortī cōparatur.

§ XIII. QVANTVM AD SECVN

dū. Sācta religio figuratiue vocat mors. Vnde vulgariter regulares dicūtur mortui: & ſeculares viuētes: tñ malus ſeculari: eſt vere mortuus: & bonus regularis vere viuens. Nā malo ſeculari dicit Apoc. iij. Nomē habes q̄ viuas: et mortuus es. Et de ſanctis dr. ij. Cor. v. Quaſi moriētes: ecce viuimꝰ.

Religio

assimilatur

lazaro.

ecce viuimus. Mortui aūt ſunt pctōres viuētes autem deo in chriſto Ieſu. Quare aūt religioſi mortui dicantur: poſſunt aliquæ cōgruitates adduci. Primo enim tāq; moriturus condit teſtamētū ſuum in quo legat aiam deo: corpus tumulto: facultates habitas & habēdas reſignat mūdo. Executores aūt iſtius teſtamēti cōſtituit ꝑlatos ſuos: quorū cuſtodiæ: tā corp⁹ ſuū q̄ animā tradit. Item moriturus incipit amittere calorē ſuū naturalē: poſtea vſum ſenſuum exteriorum: ſicut viſus. auditus: & huiuſmodi. Tādē vltimo morum ſuum ꝓpriū: ita q̄ ſi moueri debeat de loco ad locum: oportet q̄ hoc fiat p aliquos, non p ſeipſum: pannus ei tribuit breuis & incerta mēſura: & ſic finaliter abſcōditur in ſepulcro. Iſto modo moraliter ingrediēs religionē. Primo amittit oēm calorē naturalē: hoc eſt oēm amorem carnalem & mūdialem amicorum & parentū: quo poſſit a mūdi cōtēptu & ſcta cōtēplatiōe retardari. Sed o amittit quaſi vſum ſenſuū exteriorū: p honeſtā & religioſā cuſtodiā videlicet viſus: auditꝰ: tactꝰ &c. Tertio pdit cōſi loca: p ſil⁹ tuū locis & tribus cōueniēter ſeruatū. Silētiū nāq; nutuat ad mētis refectionē & gratiā cōſequēdā. In cuius figura Zacharias mutus genuit Ioānē. i. gratiā. Luce. i. Quarto pdit morū, ꝓpriū videlicet volūtatem: qa niſi q̄ ſe mouet aut alio vadit: niſi p obediētiā vel licētiā ꝑlatorū. Quinto ſibi tribuitur pānus modicus: & habitus⁹ alis ad neceſſitatē nō ad ſuperfluitatē. Et ſexto tādē abſconditur in claſtro cōſi in ſepulcro ſuo: ne p ſeculi tumultus a ſanctis occupationibus pertu berur. Vñ iſtis mortuis dicitur. Col. iij. Mortui em eſtis: & vita veſtra abſcondita eſt cum chriſto.

Demorte infernali.

§. XIIII. QVANTVM AD TERtiū, dico q̄ tertia mors eſt infernalis cruciatiōis. Et hæc eſt ecōuerſo deteſtāda. de qua pē. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Ouis eſt ſtolidiſſimū pecus: & iter alias cōditiōes hoc habet: q̄ ſi ſit i domo accēſa, nullo mō exit ab igne: ſed magis ingerit ſe igni. Sic dānati in iſerno: ſic effecti ſunt ſtolidi: & p malitiā obſtinati q̄ de inferno: qui eſt eis quaſi dom⁹ accenſa nūq; exibūt. Et hęc eſt mors ſeciūda. Apoc. ij. de qua i pē. Mors pctōr peſſima. Huic cōtraria⁊ vita æterna. De qua loquēs Ambr. ita dicit. Ibi eſt vita ſine morte: dies ſine nocte: gaudiū ſine merore: tranquillitas ſine labore: fortitudo ſine debilitate: rectitudo ſine peruerſitate: pulcritudo ſine deformitate: veritas ſine falſitate: charitas ſine inuidia: fœlicitas ſine miſeria. Itē querit: vtrū ſit licitū ab aliquo moriēte: reorare q̄ reuelet ei ſtatū ſuū poſt mortē? Rndit de hoc beat. Tho. in quadā qſtiōe de quodlibetis. Qd cū pctm ſit p̄ naturā: vt paret p Damaſ. in. ij. lib. Requirere impletionē naturalis deſiderij non eſt ptm: niſi aliqua inordinatio adſit. ſicut patet in ſumptione cibi & potꝰ: hic autē naturaliter ſcire deſiderat. Vnde ſi requirat alicuius rei notitiam, nō eſt ptm: niſi forte p accidēs: hoc eſt p aliquā inordinationē adiūctā: pura ſi per ſtudium alicuius ſciētię aliquis impediatur ab officio pdicatiōis debitæ: vt ꝓpter ſtudiū geometriæ: aut etiā ſi quis iquirat aliquid cognoſcere ſuperbe & preſumptuoſe: aut ſi qua alia inordinatio circa hoc cōtingat. Nulla autem inordinatio in hac inquiſitione videt. ſiquis inquirat a moriente cognoſcere ſtatū eius poſt mortē: ſubiūgendo tamē hoc diuino iudicio. Vnde nulla ratio eſt videtur quare debeat dici hoc eſſe peccatū: niſi forte ex dubitatione fidei de futuro ſtatu quaſi dubitando inquirat.

Regrere ab aliq̄ vt reueſtatū ſuū poſt mortē an ſit licitum.

Tria genera.

¶ Primū eſt dæmoniorū infeſtatio. ibi. Circundabunt te.

¶ Secundum: eſt propinquorum moleſtatio. ibi: & coangustabunt te.

¶ Tertium: eſt ſenſuum fatigatio. ibi. & ad terram proſternent te.

nus bellātium.

§. I. QVANTVM AD PRIMVM

dicit Greg. in Homel. ipſi⁹ euāgelii: q̄ diabol⁹ ꝑcipue aggredit hominē in fine grauiſſime & aſturiſſime tēpt⁹: ſcies plus tp⁹ nō ſibi reſtare ad ſeducēdū. Et in hui⁹ figurā dixit dñs antiquo ſerpēti. Tu inſidiaberis calcaneo eī⁹. ſ. creatura rōnalis: cui⁹ calcaneus corporalis eſt extremitas corporis finē vitę deſignās. Et ſicut ſerpens in cauda dicit habere venenū: ita in fine hois: tentatiōes oīs malitiæ ſuggerunt hincinde. Adipē ſuū cōcludūt quia abū dātē malitiā ſuā in aiam includere quærūt. Os eor loquitur ſuperbiā: dū videlicet de iſidelitate vel de deſperationis crudelitate: vel de cōfeſſionis taciturnitate moriēm tentāt quæ oīa ad ſuperbiā pertinēt. Cū em ſciat: quia ſine fide impoſſibile eſt placere deo. Heb. xj. Et dubius in fide ſit infidelis. extra de hęre. dubius. Ideo ad dubitandum de fide conatur inducere. Sed dicit Apoca. ij. Eſto fidelis vſq; ad morrē. ſ. inclusiue & dabo tibi coronā vitæ. Vnde legitur de quodā magno doctore q̄ cū eſſet in extremis cōſtitutus: diabolus aduenięs ſuggerēdo: cæpit alloqui mentē eī⁹: & quęrere ꝺd ipe crederet. Rndit aūt ille cogitationi talis: ſe credere qđ credebat eccl̄ia. Et vlterius ille q̄ſiuit quid eccleſia crederet. & reſpōdet articulos qui in ſymbolo cōtinētur. ſ. deū trinum & vnū dei filiū: a virgine cōceptū & natum & hmōi. Cui ſubdidit ſuggeſtio diabolica. Nonne philoſophia q̄ ſm rōnē eſt vt didiciſti: docet hoc impoſſibile fore. Et ſic intrās ipſe diſputationem ſup hmōi: exiſtimās ꝓpria virtute rōnis illā expellere: in incredulitatē incidit & mortuus eſt. Inde ad paucū rēpus alius doctor confirmatus ad mortē: cui apparēs predictus mortuꝰ: quia ſibi familiaris & norꝰ interrogauit de fide ſua. ne forte erraret. Cui ille reſpondit. Credo: quod credit ſancta mater eccleſia. Et ille. Quid credit eccleſia? Rndit infirmꝰ. id quod ego credo. At ille iterū inquit: & tu quid credis? Rndit idē quod prius. ſ. q̄d credit eccleſia. Et ſic pluries interrogando: nunq̄ potuit eū de prædictis terminis educere: nec in deſperationē ponere: propter q̄ demū ille mortuus exclamans dixit. Heu mihi quare nō ſic feci in infirmitate mea vltima: volui diſputare cū diabolo: confidēs ex ſuperbia mea de ꝓprio ingenio: ex quo ſuccubui de fide dubitans: & ꝓpter hoc eternaliter dānatus ſum. Ponūr autem & iſti inimici dęmones aliā obſidionem & vallū. ſ. deſperationis: & certe periculoſa eſt deſperatio: vt dicit. ħ. Reg. ħ. immo nil periculoſius & ideo per maxime de deſperatione tentat. Quod etiā fecit erga beatū Perū. Nam vt habetur in eius legenda: in graui infirmitate cōſtituto ſuperuenit ſibi tentatio deſperationis de ſua ſalute conſiderans ſe in multa negligentia deo ſeruiſſe: & ſe nil quaſi boni feciſſe: vnde tm̄ præmium gloriæ recipere deberet. ſed illuſtrat⁹ a deo reſpondit tentatori. Fateor me nil feciſſe dignum tanto præmio: ſed chriſtꝰ dei filius duplici rōne illud obtinet. ſ. merito paſſionis: & ratione hęreditariæ ſucceſſiōis: qa naturalis filius deī: ipe vna rōne cōtētus eſt ipm poſſidere. ſ. inquantū filius: merito aūt paſſionis ſpero mihi certitudinaliter velle alargiri. Sicq; confuſus eſt inimicus: & nō p̄ualuit cōtra eum: ſicut contra Cain qui dixit: maior eſt miquitas mea q̄ vt veniā merear. Geñ. iij. Et ſicut Iudas: qui laqueo ſe ſuſpēdit. Aliquos inducit ad taciturnitatem cōfeſſionis alicuius peccati: vel ad nō reſtituēdum. Taciturnitas aūt talis ex ſuperbia oritur: vt dicit de pœni. d. i. quis aliq̄n. §. taciturnitas. Vnde in vitis patrum legit: q̄ cuidā ꝓbo religioſo in infirmitate cōſtituto: apparuerunt duo dæmones in forma angelor bonorum dicētes ſe miſſos a deo. vt portarēt animā eius ad cęlū: ſed ita grauē reperiebant q̄ nō poſſent deferre. Nihilomin⁹ dabant ſibi modū ad alleuandū peccata ſua: videlicet vt exinde teneret ſilētium firmiſſimum. Quibus recedētibus illis nulli loquebatur nec reſpondebat. Quod perpendēs quidam ſanctus vir & expertus viſitans eū cœpit admonere: ne pmitteret ſe dęcipi a diabolo: qui ſe aliq̄n tranſformat in angelum

Deſperatione nil periculoſi⁹.

Exēplū ex vitis patrū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

lucis. Ex cuius verbis illuminatus locutus est: & reuelauit quomodo sibi apparuerant illi duo: & quid dixerāt: & q postea recordatus fuerat de quodam peccato mortali cōmisso in sæculo: de quo nūq; cōfessus fuerat ex obliuione quod subito confessus est: ac sic fuisset dānatus: & sic decrete sunt inimicoꝝ insidiæ. Sic igit circūdabūt te inimici tui: vallo tēptationum in fine. Nā & ad christū accessit in cruce pendentē: sicut ipse ait Ioan. xiiij. Venit em ideſt veniet princeps mundi huius ideſt diabolus: & in me non habet quicq; s. peccati. Sed & beatus Martinus cū ipsum vidisset in extremis constitutus, ait. Quid hic adstas cruēta bestia &c. Quāuis ergo graues sint eius tentationes: tamen qui recte viuit & verū membrum christi est: ipse qui caput est nostrum pro eius pugnat & vincit: sicut & ipse ait. Confidite quia vici mundum. i. peccata & tentationes mundi. Io. xvj.

§. II. QVANTVM AD SECVNDŪ.

Quō cōsanguinei bellant cōtra moriētes.

Aliud genus bellātiū inimicoꝝ: est multitudo consanguineoꝝ: de quib⁹ dicit Mich. vij. Inimici hois domestici eius. i. consanguinei: & illi multum coangustant. Primo qdē: qa durū est: sibi deserere filios & vxorē & alios quos inordinate diligit. Vñ Augu. de ſerō pœnitēte ait. Quem morb⁹ vrget: & pœna terret: ad verā vitā venit satisfactionē: maxime cū filꝰ quos illicite dilexit sint pītes: & vxor & mūdus ad se vocet. de pœni. dist. vij. nullus. Et frequēter ex inordinato amore filioꝝ: potius volūt perdere aiam q̄ aliena restituere ne pauperes remaneāt. Vnde de quodam

Historia vsurariorū.

vsurario legit i infirmitate cōstituto: q̄ cū filꝰ pluraderēt ad restituēdum. Ille rūdit: q̄ si hoc ageret ad hospitale eos ire oporteret. Moritꝰ igit sine restitutione facta: post mortē vnus filꝰ tōtā partē sibi cōtingētē restituit: & dei seruitio se mācipauit. Alter vero retinuit suā partē mūdanis dedit⁹: & inde ad modicū mortuus est. Quadā autē die cum oraret ille qui restituerat: vidit terrā apertam: & in centro ignē infernalē, ibiq; iacere filiū sup patrē, alterq; alterum maledicere: pater filiū eo q̄ amore eius illicite acquisierat nec satisfecerat. Filius patrē: eo q̄ talia male ablata sibi dimiserat. Coāgustāt tales inimici domestrei morientem in quārum vnus quærit sibi legari tm: alius tm: & tota eorū solicitudo est de lana, nō de aia. Aliq̄n etiā incipiunt eua cuare capsas: quod videns infirmus nō parū angustiatur: & de euentu familiæ suæ. Coāgustāt aliq̄n: quia volentem de suis disponere nō pmittūt: nec ad eum ingredi dātum religiosum: ne forte faceret sibi cōfictiam de restitutiōe: vel eleemosynis pauperib⁹ dādis: decipiūt eum dicētes: cito sanandū: cum tū sit periculū. Medicus etiā qui vt domesticus assumitur: nō ſeruat præceptū ecclesiæ. de pœni. & remiſ. cū infirmitas: quia nō admonet primo vt mittat pro cōfessore. Et ideo bene dicit Hie. ix. Vnusquisq; se a proximo suo custodiat: & in omni fratre suo nō habeat fiduciam: quia omnis frater supplātās supplantabit &c.

§. III. QVANTVM AD TERTIŪ.

De sensuū satigatiōe.

Tertium, inimici nostri domestici sunt sensus nostri figurati: p quoꝝ fratres diuitis epulonis: de qb⁹ Pſ. lvij. Eripe me de inimicis meis deus me⁹. Vtiq; inimici nostri sunt: qui furantur præciosissima. s. animā Threñ. iij. Oculus meus deprædatus est aiam meam: & sic de alijs. Isti autē cū organis suis laborāt & paulatim deficiunt: & ita animā defatigāt vt vix valeat infirmus aliquid de salute cogitare: sed quo modo possit sanari & habere gustū ciboꝝ & hmōi. Vnde Pſ. vj. Nō est in morte qui memor sit tui. Deum: ad terram ꝓsternūt dolores ipi corporis. Et sicut arbor magna: quæ habet plures radices in terra multū defixas: cū per fēcurim incidit⁹: magno impetu ꝓsternit ad terrā. Ita cum anima separat a corpore per fecurim mortis: cū extrahere habeat oēs potētias & vitā ab organis corporis: fit hoc cū maxima violētia & dolore: & ꝑcipue in peccatorib⁹. Vñ Eccl. xli. dī. O mors q̄ amara est memoria tua: hoi pacem habenti in substātijs suis viro quieto &c. Sed electos suos in hmōi bello humoꝝ: ad sciuicē bellātiū deus mirabiliter cōsolatur. Vnde Grego. in. iiij. Dial. dicit. Iusti aliq̄n in morte sua sētiꝝ: præcedētiū visiones aspiciūt: ne ipsam mortis sue pœnalem sentētiam ptimescāt: & sine dolore & formidinis fatigatiōe soluant. Et aliq̄n sanctos eis apparētes aspiciūt. Exemplum de presbytero qui dixit sorori. Tolle igniculū: adhuc foculus est: cui apparuerūt apli Petrus & Paulus. c. xij. in. iij. Dial. Aliq̄n angelos vidēt. exemplum in Stephano. c. xxix. i eo. lib. iij. Et de beato Nicolao cpō. Aliq̄n videntur virginē Mariā. Exēplum de Musa. c. xxvij. lib. iij. Aliq̄n dñm nrm Iesum christū. exēplū de Tharsilla. c. xvj. eo. lib. iij. Aliq̄n sentiūtur cœlestes melodiæ: & odor sentit & lux videt: sicut in seruulo paralytico. c. xv. eo. lib. iij. Econtrario: mali in morte vident dæmones cum magno ipetu & violentia extrahētes aiam de corpore vel deuorātes: sicut habet in vitis patrū. & in. iij. Dial. de hīta mira hypocrita: qui dixit se paulatim absorberi a dracone &c. Memorare ergo istud primum nouissimum.

§. IIII. SECVNDVM NOVISSIMŪ.

De secundo nouissimo.

Aliq̄ sepatē ē ante deū pītatio: vt ei dicit apls ad Heb. ix. Statutū est hoib⁹ semel mori: & post hoc iudiciū: iudiciū. s. particulare discussiōis de aia q̄ ei pītat. Vñ pſ. Deus iudiciū tuum regi da. i. o deus pater da. i. dabis iudicium. s. discussionis & examinationis. regi. s. christo qui est rex regū & dñs dnantiū. Et infra. Iudicare. i. ad iudicā dū populū tuū in iustitia. Ante ipm oportet nos pītari. iuxta illud apli Rom. xiiij. Oēs stabim⁹ ante tribunal iudicis christi. Et. ij. Cor. v. Omes nos manifestari oportet ante tribunal christi. Et quia vt dicit Greg. Qualis quisq; hinc egreditur talis in iudicio præsentabit. dist. xxv. qualis. Ideo vt dicit sapiēs. Eccl. xviij. Ante iudicium para iustitiā. i. opera iusta cū qb⁹ cōpareas. Nā oia alia te deserūt: nisi opera tua. Apoc. xiiij. Opera illoꝝ. s. mortuoꝝ sequūtur illos. Vnde Iob. damas. circa hoc ponit simile talem. Fuit qdā habēs tres amicos: vnū diligebat plus q̄ se: aliū sicut se: tertiū minus se: & satis parū. Hic cū fuisset citatus a dño suo ad rādēdū in curia sup factis suis: vū sibi periculū mortis imminebat: accessit ad primū: rogās vt cū eo iret & eū iuuaret. q rūdit se nō posse, ppter alias occupationes: tū propter amicitiā suā si iniam mortis acciperet: daret ei saccū cilicinū ad eū inuoluēdū. Ad alīū accedēs ꝑ simili causā: eadē ille se excusauit: sed tū, ppter amicitiā eum associaret vsq; ad curiā. Ad tertiū accedēs cū verecūdia & confusione: q̄ parū dilexerat: rogauit similiter vt eū associaret. Cui ille. Licet parum mihi dilectionis ostēderis: nihilominꝰ nō te deserere: sed ad iudicē tecū volo venire & ꝑ te loqui. Hō huc significat quēlibet pctōrē: q̄ habet tres amicos: mū dū quē diligit magis q̄ se. i. salutē suā: cōsanguineos q̄s diligit vt se: & aliqua bona opera: q̄ tū parua sunt: & cū modica affectiōe facta. Cū aūt citatur p mortē a dño: & multū habet timere de sua dāda: vtiq; mūd⁹ nimis amat⁹ ab ipō nō comitatur eū: sed dat sibi ꝑ cadauere cooperiēdo sacco vilem. Cōsanguinei etiā nō vadūt ad iudiciū ad intercedēdū, ꝑ eo: sed associāt vsq; ad ecclesiā sunt⁹. Sed bona opera eū comitārur. & si sunt facta in charitate eum defendūt. Vnde Amb. Nō sunt hois bona: quę secū ferre nō pōt. s. tēporalia. Sola mia comes ē dēm. tor⁹. Cū igit aīa deo presentat exigit rō ab ea. ſm q̄ parabolice habet Matt. xviij. de rege qui voluit rōnem ponere cum seruis suis.

¶ Et primo: ponit rationem de bonis naturalibus.

¶ Secundo: ponit rationem de bonis spiritualibus.

¶ Tertio: ponit rationem de bonis temporalibus.

¶ Quarto: ponit rationē de peccatis admissis & dimissis.

¶ Quinto: ponit rationem de faciendis omissis.

¶ Sexto: ponit rationem de subditis commissis.

Quantū ad primū dicit apls. i. Cor. iij. Quid habes q̄d nō accepisti: q, d. nihil. Ipse em deus te fecit quātū ad corpus: & possedit quātū ad vitę cōseruationē: & creauit quātū ad aiam. Deut. xxxij. Sūt autē bona naturalia figurata per talēta plura vel pauciora cōmissa a dño seruis suis ad lucrificādū: vt habetur parabolice Mat. xxv. nā vni dedit quinq; talēta: alteri duo: alij vnū tm. Et posit certū tps vemiēs: vocauit eos vt rōnē redderēt de lucro. Vnū igit talētum pōt dici esse liberū arbitriū: q. Poib⁹ dat adultis: nisi fatuis qui nō habēt reddere rōnē. Et hoc solo sine sanitate corporis & alijs bonis tpalib⁹ pōt multa facere. s. ad gratiā se ꝑparare si eā nō habet. Et certū est: ſm beatū Tho. in iij. q. nulli eā subtrahit faciēti q̄d in se est: & recepta pōt & debet augmētare. Vñ Eccl. xv. dī. Deus creauit hoiem: & reliquit eū in manu⁹ filij sui. i. ꝑāte arbitrio: posuit ān eū malū & bonū: ad qd voluerit extēdat manū suā. Duo talēta: sūt liberū arbitriū quo ad aiam: & valitudo corporis q̄ a deo dāt. Vñ Pſ. xxvj. Dñs illuminatio mea. i. causa illuminationis

Nota multum dicit.

Compatio defuit.

luminatiōis quo ad aiam & rōnē: & salus mea quo ad corporis sanitate: & certe magnū est istud talētū: qa vt dr Eccli. xxx. Nō est cēsus sup cēsū salutis corporis. Quinq; vero talēta intellectiua acuta ad inuestigandū: & memoratiua tenax ad recordādū: ymaginatiua ad arbitrādum: imaginatiua fortis ad phātasiādū: sensitiua exterior ad exercitandū. Rō igit exigef de intellectiua: si circa vana & curiosa se exercuit: qa tūc demerunt aut circa diuina ꝓcepta: qa tunc lucratus est merita. Vñ Eccl. iij. In pluribus operibus ei⁹ ne fueris curiosus: sed quę tibi præcepit de⁹: illa cogita semper. De memoria inqref, si fuerit occupata ad recolēdū iniurias ob vindictā cōtra illud. Ne memoreris iniuriæ. Leuit. xix. Aut ad recolēdū diuina beneficia. ſm exēplū Esa. lxiij. dicētis Misericordiū dñi recordabor. Tūc em lucrat. De æstimatiua iūcta cū ratione: si se ęstim unt supra se: nā tūc multū ꝑdidit, ad Gal. vj. Qui se existimat aliqd esse: cū nihil sit: ipse se seducit. Sed habēdo rectā ęstimationē de futuro ꝓnio p pœnas cōsequēdo: & principaliter virtute dei multum lucrat. Sic faciebat apls dicēs ad Rom. viij. Existimo q̄ nō sunt cōdigne passiones hui⁹ tpis: ad futurā gloriā: quę reuelabitur in nobis. De imaginatiua cū intellectu iūcta: ad phātasiādū circa scripturaꝝ cōcordātiā. Pſ. xlij. Abyssus abyssum inuocat. Ab altitudine phantasię. i. vetus testamētū vbi est abyssus quasi infinitæ sapiētię: inuocat abyssū noui testamēti: & econuerso: qa vnū reddit testimoniū alteri. Et abyssus cui pater inuocat abyssum penaruꝝ ex testimonio scripturarum: q̄d phātasię altitudo cōcernit: & sic lucrat. De sensitiua exteriori exigef ratio. si vsus est rōnabiliter nō puerīliter. Vñ apls. i. ad Cor. xiij. Nolite pueri effici sensib⁹. sed malitia paruuli estote. i. nō vtēdo ad malitias pctōꝝ. Qui vero duo talenta accepit. s. sanū sensum seu intellectū: & corpus: exigef rō si intellectu & attētiōe fecit opones & audiuit diuina: & si corpus spiritui subiecit per abstinentias moderatas: tū ꝓ m illud Rom. xij. Exhibeatis corpora vra hostiā viuētē: sanctā: deo placētē. Qui vo vnū tm accipit: etiā si illud nō multiplicauerit ꝓparādo se ad gratiā & vtēdo ꝓm eā: vt malus & piger codenabit. Qui vo accepta multiplicauerit: bñ vtendo dicet ei. Euge serue bone & fidelis &c. Mat. xxv. De bonis spūalibus exigef rō: quę vtiq; dātur a deo. i. Cor. xij. Vnicuiq; datur. s. a deo manifestatio spūs ad vtilitatē. Et hæc sunt decē figurata p decē mnas: quas hō nobilis dedit vni ex seruis suis: alteri dās q̄nq; alteri vnā vt negotiarentur eū eis: vt habef Luce. xix. parabolice. Notē ex his sunt gręs gratis datę comunes bonis & malis: quas enūerat apls. i. Cor. xij. Diuisiones gratiarū sunt &c. Decima gra q̄ est oibus vtilior: est gratia gratū faciēs. Hæc dat cuilibet in baptismo: nisi ponat obstaculū. Sed gręs gratis datæ: oēs non dantur simul vni cōiter: sed alicui pauciores: alicui aūt dant oēs simul cū gra gratū faciēte: vt bto Dñico. habuit em sermonē sapiētię. s. ad loquēdū sapide & alte de diuinis. Sermonē scientiæ: ad loquēdū efficaciter de humanis & moralibus. Habuit & fidē. i. quādā certitudinem credēdoꝝ: qd⁹ ostēdit in disputatione cōtra hęreticos: præcipue in charta in ignē missa & illesa. Gratia sanitatum ei tio gratia ratio virtutū i eo refulsit. i. insignium miraculoꝝ: vt resuscitatio mortuoꝝ. Prophetia se habere ostendit reuelatione occultoꝝ: vt de cōuersione cuiusdam hæretici deputati ad mortē. Discretio spirituū ei adfuit: in cognoscēdo insidias dęmonū sibi apparētiū. Genus linguarū: & ꝑcipue intelligendo idioma aliorū sibi ignotū. Interpretatio quoq; sermonum in eo fuit ostēsa: q̄ mirabiliter & suauiter exponebat mysteria scripturarū vñ plures libros postillauit. Habuit & gratiā gratū faciētē: vt patet ex sanctitate ei⁹ & operib⁹ virtuosis: de vsu earū exigef rō. Nā qui tm minā vnā recepit. i. gratiā gratū faciētē reddere habet rōnē: nō solū si cōseruauit: sed & si augmētauit p exercitiū vtutū. Propter qd⁹ dicebat apls. ij. ad Cor. vj. Hortamur vos: ne in vacuū gratiā dei recipiatis. In vacuū recipit. i. frustra q̄ in ea se nō exercet. Vñ in illa parabola: quia nō multiplicauit eā qui vnā accepit minā reprehēsus: & ea priuatus fuit: Qui rectpit aliquas ex gratis gratis datis: sed nō oēs: figuratur per eū qui q̄nq; acceperat. Et talis etiā siue partē siue oēs receperit: rōnē redder: quō eis vsus est & quo fine: videlicet si advtilitatē ꝓximoꝝ & honorē dei ꝓpter quę dantur: aut ꝓpter honorē ꝓpriū. j. Pet. iij. dī. Vnusquisq; sicut accepit gratiā in alterutrum illā administrātes: sicut boni dispēsatores multiformis gratiæ dei. Hinc & Augu. i. q. i. ppheta uit dicens. Nō se iactēt: qui forte sine charitate habent sanctū dei munus. i. aliquā gratiam gratis data: sed videant qualē rōnē sint habituri cū deo: qui sanctis nō sanctē vtūtur: vt Saul malus & Balaā prophetā habētes. Bona temporalia sūt diuitiæ: honores: fama & hmōi: quę dātur abūdanter & mediocriter & tenuiter ſm bñplacitū dei. Vt em dicit Amb. de diuite. Qū hanc ingressus es lucē: qū de matris vētre exiisti: quibus facultatibus quęso: quibus substātijs stiparus ingressus es. dist. xlvij. sicut hi. q. d. nullis. Ergo a deo tibi cōcessa sūt: no ad dissipādum vel tibi retinēdū: sed rōnabiliter dispēsandū tibi & alijs. Et de hmōi dispēsatione rō exigef: vt habet parabolice Luc. xvj. de quodā villico: qui diffamatus q̄ dissipasset bona dñi sui: vocatus ab eo ait. Redde rōnē villicationis tuæ. Ad idem facit qd⁹ ait Augu. Hoies qa rōnabiles sancti sūt & de se & de oībus rebus quæ in vsum vitę ꝓsentis acceperūt: rōnē reddituri sunt deo: & ꝓ actuū suoꝝ qualitate recipiēt: aut gloriā aut pœnā. xv. q. i. firmissime tene. §. ex eo aūt. Qui igit tenaces sunt & pauperibus nō subueniunt: male poterunt reddere rōnem: vt dives epulo. Lu. xvj. Et qui ea in vanitatibus: in ludis: in cotiuijs: in pōpis cōsumunt: deterius eis erit: nisi se recognoscāt & doleāt: vt filꝰ ꝓdigus: qui dissipauit oēm substātiā suā viuēdo luxuriose. Lu. xv. sed post ea: ad patrē cū humilitate reuersus est. Pessime aūt rōnem reddere poterūt: qui per fas & nefas acquirūt & retinēt talia: sicut Achan qui furatus regulā aureā & chlamidē, propter hoc lapidatus est, Iosuæ. vij. cap. Quarto: exigef rō de pctis admissis & dimissis. De omni verbo otioso: reddent hoies rōnē in die iudicij. Mat. xij. Non solū vniuersalis: sed & particularis iudicij qd⁹ est per mortē. Est aūt verbū mētale vt cogitatio: vocale vt locutio. manuale vt laborato Et de quolibet horū si fuerit otiosum. i. inutile & itra tuos fum punit. Vnde Micha. ij. Ve vobis qui cogitatis inutile, Et multo magis & strictius: de locutionibus maledicis: detractorijs: mendacijs: piuratorijs: incrationib⁹ & hmōi. Cū aūt hmōi pijssimus deus dimittat reuertēti ad pœnitentiā: & toties quoties exigef rō si ipe ita dimisit odiū offen dētibus eū. Nam si nō dimisit: sed cū odio fraterno migrauit: acerrime confundet & punief. ſm simile iudicē data a Saluatore nro Mat. xviij. de seruo debitore decē milia talētorū: qui cū fuisset oblatus dño suo i ratiocinio faciēdo: & nō habēret vñ redderet: iussisset⁹ dñs eū & vxorē eius & filios: & ex prætio sibi satisfieri: humiliatꝰ ille promittēs satisfactionē dara sibi dilatione: dñs eius dimisit eū liberū & debitū eius. Postmodū seruus ille inuenīs conseruū suū debitorē in centū denarijs: cū ille se humiliaret & peteret dilationē ab eo repetere debitū noluit concedere. sed misit eū in carcerē. Quo audito dñs eius: iterum fecit vocare eū dicens. Serue nequā: omne debitum dimisi tibi &c. demū tradidit eū tortoribꝰ. Dñs ista & rex deus est: debitor decē milia talētoꝝ: est trāsgressor preceptoꝝ: cogitatione: locutione: vel operatione. Exactio seu ingsitio ratiocinij: prima vice est p ispirationē & iternā copūctionē: in qua consideratiōe videt se ꝓtor dignū codēnatiōe: vt scilicet vēdat in seruū diabolo: vt. s. ei subiciat in pœnis. & vxor ei⁹. i. volūtas: & filij. i. affectꝰ sui & sensus. Sed sciēs diuinā pietatē: miam humiliter petit: ꝓponēs in futurum vita comite satisfacere de malis suis. Ad quā cōpunctionē & propositū subito deus liberat a seruitute diaboli: & debitū pctōrū relaxat. Sed ingratus homo de tā immenso beneficio: cū postea recipit aliquā iniuriā a ꝓximo: vel recordat de alia sibi facta: nō vult ignoscere: sed quęrit vindictā. Et pseuerādo in hmōi crudelitate: deus sc. Po vocat. s. per mortē. Et si cū tali indispositiōe ad tribunal christi accedit post maximā cōfusionē tradē tradit tortoribꝰ carceris infernalis. Et ad hoc facit quod dicit Augu. Qui diuini beneficij oblitus: suas vult vindicare iniurias: non solū de ꝓteritis pctis venia nō merebit: sed quæ sibi dimissa fuit sa gaudebat ei imputabuntur ad pœnā. de pœni. dist. iij. q. diuini. Quinto ponit rationem seu exigit de bonis omissis: quæ innumera sunt. Propter quod dicit Pſ. xviij. Delicta quis intelligit. q. d. nullus. Et dicūtur delicta: pctā omissionis: quasi dereliēta. s. bona q̄ fieri debebāt. Et quæ sint ista delicta seu bona omissa: i parte ondit in eo qd⁹ subdit. Ab occultis meis munda me &c. Multa em sunt pcta quæ eo,

Ingratitudo humana.

Universidad de Deusto
Biblioteca

q̄ sunt nobis ignota & oblita: omittim⁹ de ipsis agere pœ
Delicta nitētia. nā amulta. Multa em̄ sunt: quę etsi in se bona sint & bona intentione facta: ppter aliquā circūstātiā debitā ibi omissam demeritoria sunt. Quis etiā posset intelligere tps omissum: in quo potuit quisq; bona plus agere. De quo inquit Bernar. Omne tps tibi impēsum exigetur a te: qualiter fuerit expēsum. Sexto: erga ꝓximū omittit quis etiā multa quæ debet facere: vt fraternā correctionē. De qua omissiōe Augu. ait. Si neglexeris corrigere: peior: effectus es eo: qui peccauit. Sed de hac materia fraternæ correctionis habes in .ij. par. ti. ix. c. vj. Similiter omittit quis bona exēpla ꝓximo dare: & a specie mali sibi cauere: ppter qđ efficit alteri occasio ruinę. Et ista sunt delicta aliena. de qbus Pā. xvij. dicit. Ab alienis parce seruo tuo. Ab alienis. s. peccatis q̄m sum occasio. Tertio: omittit qs facere plura bona: vt mundū deserere: religionē intrare: & alia opa pfectionis facere ppter amorē suor̄: ne displiceat eis. Propter quod subdit ꝓpheta ibidē. Si mei nō fuerint dñati. s. amici & ꝓpinqui: vel etiā cū ꝓponit quis sensus suos diligēter custodire: ne mors peccati iteret p eos: tract⁹ postea sensualitate omittit illud exequi: & sic sui. s. sensus dñantur ei⁹. Sed tūc qs erit immaculatus vt subdit Pā. Si ab occultis & ab alienis: & suis liber fuerit pctis. Hęc cōuersatio immaculata. s. libera ab oībus mortalibus figurat ꝓ vestē nuptialē: quā qs nō habet in nuptijs ecclię militātis: sed sine ea pñtat añ cōspectū superni iudicis: cū summa sui ꝓfusione dr̄ sibi. Amice quō huc intrasti: nō habēs vestē nuptialē: vt habet parabolice. Mat. xxij. Sicut em̄ illi q noluerūt iuitati ire ad illas nuptias significāt iudęos & alios infideles q ad nuptias ecclesiæ. i. fidē accedere noluerūt: ppter qđ igni cū ciuitate traditi sunt. i. aiæ: & postea corpora ipsorum. Sic ille: q nuptijs interfuit sine veste nuptiali: significat quēlibet christianū nō habētē virtuosam ꝙuersationē: sed maculatā: & ob hoc talis etiā mittitur in tenebras exteriores obmutescēs. Sexto: exigetur rō de subditis cōmissis. Vñ apl̄us ad Heb. vlti. Obedite prępositis vr̄is & subiacete eis. ipsi em̄ pugilāt quasi rōnē ꝓ aiabus vr̄is reddituri. Et aliqui qdē rōnē reddituri sunt: quātū ad gubernationē oeconomicā: sicut pr̄ & mater de morib⁹ filior̄: nō em̄ min⁹ de aib⁹ eor̄ cura gerere debēt ne infirmētur p pctā: q̄s de corporib⁹ vt sana cōseruētur. Qđ qa nō fecit Heli: etsi in se bon⁹ fuit: horribili morte mulctat⁹ est. s. Reg. iij. Aliqui rōnē reddēt de aliꝭ: quo ad gubernationē politicā. s. ciuitatū & castror̄: & hi rōnē habēt reddere & puniri de legibus iniustis vel iniuste cōstitutis. de malis cōsuetudinib⁹ non extirpatis si potuerūt extirpare: de taleis & aliꝭ grauaminib⁹ extortis: de sentētijs iniqs & aliꝭ hmōi. Et vt dicit Sap. vj. Iudiciū durissimū fiet his: q ꝓsunt. Durū si nō bñ rexerint se ipsos: durius si nō bñ gubernauerint familiā ꝓpriā: durissimū si iustitiā legalē oīb⁹ nō ministrauerint. Alīs vero rōnē reddituri sunt quo ad gubernationē ecclesiasticā: vt ꝓlati ecclīæ: videlicet si regimē ꝓsecuti sunt canonice: & nō p ambitionē vel simoniā. Si p se: vel saltē alios ppl̄os docuerūt necessaria saluti. Si bona ecclīæ: bene tractauerūt: pauperes subleuādo: nō in pōpis vestiū: in mulis: in ꝙsanguineis: in ludis & turpitudinib⁹ male expēdēdo. Si plus de aia subditi: q̄s de lacte & lana curā habuerūt. Si vitia debite correxerūt. vnde. xiij. q. j. ecclesias: dicitur de talibus. Vnusquisq; terminis suis sit cōtētus: & taliter ecclesiam & plebē sibi cōmissam custodiat: vt añ tribunal iudicis ętherni: ex oīb⁹ sibi cōmissis rōnē reddat: & nō iudiciū: sed gloriā ꝓ suis actibus peipiat. Vñ & dñs dixit Luc. xij. Quis putas est fidelis dispēsator & prudēs: quē cōstituit dñs super familiā suā: q. d. rarus. Sed beatus ille seruus: quē cū venerit dñs inuenīet ita faciētē. s. fideliter & prudēter. Sed si seruus ille fecerit: veniet dominus hora qua nescit & diuidet eū: partemq; eius cum hypocritis ponet.

Nota ꝙ plaros.

§. V. TERTIVM ET NOVISSIMŪ QD̄ EST MEMORANDŪ EST, POST RŌNĒ REDDITĀ CORAM CHRISTO IUDICE SENTĒTIAE ILLATO.

De termino nouissimo

Est aūt sup oīa hoc horrēdū & expauescēdū: qa vt dr̄ Eccl's. xj. In quācūq; ptē lignū ceciderit: siue ad Austrū siue ad aquilonē ibi erit. Et loquit̄ de ligno seu arbore rationali: quæ tūc cadit: cū moriēs sentētiā recipit. s. vel eūdi ad Aquilonē. i. ad infernum. Ab Aquilone em̄ pādetur omne malū. Hiere. j. Vel ad Austrū. vbi est calor signās charitatem: vel ad Austrū. s. paradisum actu vel aptitudine recipiēdū: & ibi semp erit ꝑm ea quę hic operatus est: sententiam reportādo. Vnde Pā. lxj. dicit. Potestas dei est: & tibi dñe mia: qa tu reddis vnicuiq; iuxta opa sua.

Potestas absoluta & vniuersalis in eo est: ad faciendū de creatura ad placitū suū: nec est q de manu sua possit eruere. Potestas in ipso est: ad puniendum pctōres. Ineſt tibi & mia ad remunerādū bonos vltra cōdignū: & puniēdū malos citra cōdignū. Reddet vnicuiq; nō ꝑm opinionem hominū quæ sępe errat: sed ꝑm sua opera. Vnde vt habet parabolice Mat. xxv. Fatuæ virgines qnq; quæ similes prudētibus videbātur: aliā sentētiā reportarunt q̄m ille: signātes aīas quinq; sensibus deditas: vnde & fatuas. Nam quia nō portauerūt seū oleū in vasis. i. charitatē in cōsciētijs: cum habuerūt occurrere ꝙponso. s. ipi iudici christo eis nouissime veniētibus. i. ꝓ reportatiōe sentētiæ clausa est ianua: & dictū est eis. Nescio vos. Multū terret sanctos: ista cōsideratio. Nā vt dicit Greg. Multa sunt: quæ de dei iudicio hoīes ignorāt: quia forrasse qđ vos laudatis: ille reprehēdet: & qđ vos repræhēditis: ille laudabit. Et loquit̄ Greg. sic scribens Mauritio imperatori. xj. q. j. sacerdotibus.

Vnde in vitispatrum: cū abbas Agathon esset in extræmis: ostēdebat se multū timere: cui circūstātes cū iterroga rent quare timeret: cum per. lx. annos semper deo seruisset nis. cū magna abstinētia. dixit ille. Laboraui iuxta fragilitatē meā in seruitio dei: sed quia alia sunt iudicia dei q̄m nostra: ideo timeo. Aliquādo putamus deo placere: vbi demeremur ꝓpter aliquē defectū nobis ignotū. Vñ & Iob. x. Verebar oīa opera mea: sciēs q̄ non pareeres delinquenti. Et ad hoc etiā facit quod dñs vineæ dixit. Voca operarios & redde illis mercedem. Mat. xx. Vbi tria notantur. Primo.

Timor agathonis

¶Nostra migratio: ibi. Voca.
¶Varia hic exercitatio: ibi. operarios.
¶Operis retributio: ibi. redde illis mercedem.

§. VI. QVANTVM AD PRIMVM

Nīa nō

dicit Iob. xiiij. Vocabis me & ego respōdebo tibi hinc migrando. & vt dicit Cyprianus de pœnitentia. s. nūquid Cain. Qualē te inuenit dñs cum vocat: talē te iudicat. Vocat aūt ipse deus prius nos in vita præsenti: ad laborandum in vinea ecclesiæ & varie.

gratia.

¶Nam aliquos vocat: ad necessarios⁹ obseruationem.
¶Aliquos: ad perfectorum conuersationem.
¶Aliquos ad plurimorum gubernationem.

Et de primo potest intelligi illud Pā. xlix. Deus de cœlo dñs locutus est: & vocauit terrā. i. hominē. Et hoc. A solis ortu vsq; ad occasum. i. a principio q̄ sol intelligētiæ oriē ei: vsq; ad occasum senectutis. Vocat aūt ad tria obseruanda oībus necessaria. s. ad fidē credendor̄: spem ęternor̄: & dilectionē dei & ꝓximor̄. Et de his in figurā dixit Moyses Exo. iij. Dñs deus Hebræor̄ vocauit nos: viā trium dierū ibim⁹ in solitudine. s. vitæ præsentis. Via triū dier̄ est: opera illa: triū virtutū: & sic immolam⁹ deo nr̄o sacrificiū sibi gratū spūaliter. Nā de fide dicit btūs Pet. in canonica sua. De tenebris. s. infidelitatis nos vocauit in admirabile lumē suum. s. fidei. De spe dicit ꝯdem apl̄s. j. Pet. v. Deus vocauit nos in æternā gloriā suā. s. ad sperādū eam. De charitate. j. Cor. j. Vocati estis in societatem filij eius. qđ vtiq; est per charitatē. Facit aūt istā vocationē triplic̄ De vociter. s. per internā inspirationē: p beneficā largitionē & cationē flagellationem. Quę tria notantur Prouerb. j. ibi. Vocaui q̄ fit per vos. s. p internā inspirationē. iuxta illud Apo. iij. Ego sto interna ad ostiū & pulso. Sto ad ostiū. s. ad portā intellectus & vo inspiratis: & pulso p instigationem ad bona opera: sed renuti tionē. stis: subdit deus. Extēdi manū meā: & nō fuit q aspiceret: quo ad sec'm. s. largitionē beneficior̄. Extendit manus in creādo. ꝑm illud Pā. cxvij. Man⁹ tuæ domine fecerūt me. Extēdit in cruce redimēdo. Pā. cxl. Eleuatio manuū mearū &c. Extēdit in gubernādo: sed nō ē q aspiciat recognoscēdo. Et inter alia beneficia dat consilia & monita: p ꝓdicationes. Sed despexistis: inqt sapiētia quæ deus est: omne consiliū meū. Vocat p flagella. Grego. in homel. Ecce tot flagellis atterimur: tot minarū asperitatibus deterremur: & tm̄ vocātē. s. p hæc flagella sequi contēnimus. Et hoc est quod subdit Sap. Increpationes meas. s. p flagella neglexistis nō emēdādo vos. Et subdit: malū prouemēs in nō audiēdo & sequēdo tales vocationes. Ego inquit in interitu vestro. s. mortis æternę ridebo. Et ideo apl̄s hortabatur dicēs. Eph. iij.

De progressu ad statū pfectionis.

Aliqui vocant ꝓlatos gubernatiōe.

Prælati triplici ter ad electionē vocātur.

cens Eph. iiij. Obsecro vos: vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis. Quātū ad sec'am vocationē. s. ad statum perfectiōis dicit Esa. xlj. Vocauit ab oriēte iustū vt sequeret se. & loquit̄ de Abraā cui dñs dixit Gene. xvij. Ambula corā me & esto pfect⁹. Vocauit aūt eū ab oriēte: qñ sibi dixit. Egredere de terra tua: & de cognatione tua: & de domo patris tui: & veni in terram quam monstrauero tibi. Gen. xij. Hęc terra: figurat statū religionis & perfectiōis ad quā qs vocat⁹ debet tria facere ī illis verbis notata. Debet em̄ primo egredi de terra. i. de affectu terrenor̄: vt nō solū nō habeat quid ꝓpriū: ꝑm illud Aug. Nō dicatis vos aliquid habere ꝓprium: sed sint vobis oia cōia. xij. q. j. nō dicatis. Sed abrenūtiat affectui inordinato oīm tpalium honoris potētię: glorię & hmōi. Sec'o debet egredi de cognatiōe sua. & de hac cognatiōe dicit Iob. xvij. Putredini dixi: pater meus es: mater mea: & soror mea vermib⁹. Oportet ergo etiā deserere patrē appetit⁹ sensualis: q nō q̄rit nisi putrida. i. corruptibilia: & matrē curiositatis sensitiue: & sorores & fratres passionū impugnātiū. ac ēt a: fectū parētele carnalis. Vñ Amb. Hæc est vera sæculi fuga abdicatio domesticor̄: & q̄dā alienatio charissimor̄: vt suis se abneget. xj. q. j. cui portio. Tertio egredi oportet de domo pr̄is sui: Prim⁹ pater nr̄ cū terrā ingredimur: est diabol⁹ cuius ꝓginale pctm̄ filij dicimur. Dom⁹ ei⁹: ppria voluntas & superbia: quā ꝓtinue inhabitat. Et hāc et oportet deserere p humilitatē & verā obedientiā. Et hāc vocationē cū sit ad terrā ꝓmissionis. i. vitā æternā: vt dicit Pe. in cano. sua. Satagite vt ꝑ bona opa certā vestrā vocationē & electionē faciatis. Tripliciter aūt vocat de⁹ ad hmōi statū. In cui⁹ figurā Samuel diuino cultui mācipatus, ter fuit a dño euocat⁹: vt habet. j. Reg. iij. Aliquos em̄ vocat ad hmōi statū, ob alicui⁹ miseriæ euasionē: & sic fuit vocat⁹ abbas Moyses: vt habet in collationib⁹ patrū. Nā cū fecisset furtū & quęreret ad mortē: vt euaderet, habitum religionis assūm pſit: sed postea timore seruili depositō magnū apicē pfectiōis apphēdit. Sec'o: aliqs vocat p doctrinę eruditionē: & sic vocatus fuit būs Antonius cū audiuit in ecclesia lege. Si vis pfect⁹ esse &c. Sic & Barnabas & plures alij discipuli, pfecti sunt ad ꝓdicationē apl̄or̄. Act. iiij. Tertio: vocātur alij ꝑ spūalē reuelationē: vt Paulus q de se dicit. Cū placuit ei q me segregauit ex vtero mr̄is: & vocauit ꝑ gratiā suā vt reuelaret in me filiū suū &c. ad Gal. j. Sic etiā vt habet in vitispatrū de quodā studēte Bononiæ: q̄ in somno visum est sibi esse supra pratū latissimū: & supueniēte maxima tēpestate: cū huc illuc q̄ fugiendo discurreret: nec recipi potuisset in domo vbi habitabat veritas: nec in domo iuititiæ: nec etiā mię: demū ad domū pacis veniēs cōsuluit sibi ad euadēdū mortē q̄ iret ad domū ꝓdicator̄: ex qua visione intellecta: factus est frater. Videte ergo vocationē vestrā ait apl̄s. j. Cor. j. Quātū ad tertiū dico: q̄ vocauit aliquis ad alior̄ gubernationē. s. ꝓ tālationē. Vnde ad Heb. v. Nec quisq; sibi sumat honorē: sed q vocat⁹ a deo tāq̄ Aaron. Nō dixit qui se ingerit: sed qui vocatus est a dño. Vnde Grego. Sicut qui inuitatus renuit: quęsitus refugit: sacris altarib⁹ est amouendus. sic qui vltro ambit: vel importune se ingerit: est proculdubio repellēdus. vij. q. j. in scripturis. Et sicut ipsi apostoli: q fuerūt primi prælati ecclesiæ: ter fuerunt a dño euocati. vt patet Io. j. Mat. iij. Luce. v. Sic etiā vocat⁹ quis a dño in prelationē tripliciter: videlicet vel ꝑ canonicā electionē, de q̄ extra de elec. cū i cunctis. &. c. qa ꝓpter. Vel ꝑ superiorisex se impositionē. Vel ꝑ diuinā reuelationē: vt contigit beato Nicolao: & beato Seuero & Ambrosio. Et in tali vocatione debet qs assimilari Aaro ī sua vocatiōe: vt videlicet sicut virga Aarō fronduit, floruit, fructus produxit. Ita & prelatus abundet in frondibus sanę doctrinæ: in floribus modestiæ & bonę famæ: in fructib⁹ operatiōis virtuosę. Sed heu qa pōt dici illud Saluatoris. Multi sunt vocati. In istis varijs vocationibus. s. necessariæ obseruationis: religionis: & prælationis: pauci vero electi. Mat. xxij. quo. s. ad cōsecutionē præmij. Et hoc qa impediūtur vel ꝑ carnalia opera: vel per diuitias nimis amaras: vel ꝑ curiositatem & superbiā: figurati ꝑ eos: qui vocati ad cœnā noluerūt accedere: vt habet parabolice Luc. xiij. de quibus dicit. Nemo vir⁹ illorū qui inuitati fuerant venire voluerunt: & ideo non gustabunt cœnā meā. Vbi notatur & humana iniquitas in nō veniēdo: ibi. Nemo illor̄ vir⁹. Et diuina benignitas in

Hō nascit ad laborādum.

Culto res vineę quales.

Nota.

Triplex ꝓfessio ecclesiæ.

accersiendo: ibi. Qui vocati sunt. Et secutura infœlicitas: ibi. Non gustabūt cœnā meam. De qua Apoca. xix. Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt.

§. VII. QVANTVM AD SECVNDŪ VBI. S. DR̄. OPERARIOS. NOTAT HUMANA EXERCITATIO. HŌ EM̄ NASCITVR AD LABORĒ: & auis ad volatū. vt dr̄ Iob. v. Vñ & de primo parēte nostro Adā dicit Gen. ij. qđ deus posuit eū in paradiso voluptatis vt operaret. Vinea aūt in qua operatur hoies: significat ecclesiā ꝑm Grego. & alios doc'. ecclesiæ. Et hęc vinea plātata fuit in lege naturæ. In cuius figurā legitur q̄ Noe cepit exercere terrā & plantauit vineam. Gen. ix. Pōt etiā significare animā. Vinea dñi exercituum domus Israel est. Esa. v. Domus israel ad literā erat populus iudaicus q descēdit ab Israel: q alio noie vocatus est Iacob. Et in illa familia Iacob: remāserat verus cultus dei: & cōsequēter ecclesia: aliꝭ declinantibus ad idolatriam nationibus. Spūaliter aūt domus Israel est congregatio fideliū bonor̄: q deū vidēt viua fide. Israel em̄ interprætatur vidēs deū: & Iacob supplātator. s. vitior̄: & vtriq; fit viua fide. Hæc aūt vinea: habuit initiū ꝑm Greg. ab Abel iusto. cuius em̄ primi parētes vt credit egerint pœnitētiā de pctō inobedientiæ suę: vt dr̄ de pœni. di. j. sicut primi. Et sic pertinuerint ad vinea istā: nō tū dr̄ inchoasse in eis: qa primi fuerūt ad destruēdū: ne videat initiū habuisse a pctoribus: & habebit finē in vltimo iusto. Et sciēdū: q̄ ipi boni fideles cuiuscūq; natiōis & tpis & vinea dicuntur & cultores vineę diuerso respectu: Vinea sunt inquātū colūtur & exercētur a deo: a seipis ꝑ liberū arbitriū: & a superiorib⁹ suis. Cultores ipsius vineæ dicūtur: inquātū exercēt potētias aiæ suæ: & ꝓximos suos monitis & exēplis. Sicut etiā dicit domus dei: fideles boni & habitatores ipsius dom⁹: vt dicit Hiero. Transplātata autē est sub lege scripturę seu Moysaica. & de hoc Pā. lxxix. Vineā de ægypto transtulisti: eiecisti gētes & plātasti eā. Qñ videlicet dñs ꝑpl'm ludæor̄: q erat in ægypto sub seruitute Pharaonis. eduxit sub ægyptiaca seruitute data ei lege in deserto: conduxit in terrā ꝓmissiōis: ꝑtratis & deuictis nationib⁹ Chananeor̄: q ibi habitabāt. Fuit aūt mūtiplicata & mirabiliter dilatata p orbē: ista vinea tpe gratiæ ꝑ apl'os dei virtute. Vñ Pā. lxxx. Dux itineris fuisti in cōspectu eius: plantasti radices eius & impleuit terrā. Dicit aūt vinea quodāmodo itinerare: dū paulatim crescit & extēdit. Sic ecclesia ex vbertate palmitū ꝓcedentiū a christo & apostolis mūdi ā cinxit ambitū. Radices autē plātauit: qñ apl'os in diuersis locis posuit ad prędicādū & fructificād. i. & sic impleuit terrā: & appellata est vinea ista ecclesia. Plātauit aūt vineam istā dñs deus. sicut ipse ait Hiere. ij. Ego te plāraui vineam electā: omne semē verū. s. virtutū in te ponendo. Prouidit autē de trib⁹ ad vtilitatē ipsius: vt habetur parabolice Mat. xxj. videlicet de custodia angelor̄: qui figurāt̄ ꝑ sepem quā circūdedit ipī vineæ: vt ibi dicit. Quis em̄ singulis hoib⁹ fidelib⁹ & infidelib⁹ sint ad custodiā singulares angeli deputati: vltra hoc tm̄ specialiori modo & diligentiori ecclesiæ adsistunt ad custodiā & defendēdū a contrarijs. vt patet in veteri & nouo testamento per multa exempla: vt de angelo q præcedebat populū Hebræor̄ in suis itinerib⁹. Exo. xiij. Et de angelo qui eripuit Petrū de carcere & de manu Herodis. Act. xij. Sec'o: purdit de regimine spirituali sacerdotū: qđ figuratur in illa parabola: per turrim in medio vineæ edificatam ad intuendū & ostendēdum insidias inimicor̄: q̄ & tāto melius agunt quāto alior̄ sunt sanctitate & peritia. Et in lege naturę primogeniti erāt sacerdotes: vt dicit magister in historia scholastica. & de melchisedech q erat rex Salem: & obtulit Abrahę panem & vinum: in figuram excellentissimi sacramēti ecclesiæ dicitur: q̄ erat sacerdos dei summi. Gen. xiij. quem Hebræi dicūt esse primogenitū Noæ. s. Sem. In lege Moysaica primus sacerdos & pontifex fuit Aaron: offerens panes cū aliꝭ sacerdotib⁹ deo suo: & sacrificia in signum veri sacrificij Iesu christi. In lege gratiæ primus sacerdos & pontifex summus post christum fuit. Petrus apostolus. Et licet multi sacerdotes & prelati fuerint & sint mali. de qui bus dr̄ Hiere. xij. Pastores multi demoliti sunt vineā meā: (s. malis exēplis:) tū monitis & sacramentis custodiunt vineā ecclesię. Tertio: prouidit de declaratione agendor̄: & hoc ꝑ leges designatas ꝑ torcular. Nā sicut torcular præ

Nota.

Universidad de Deusto
Biblioteca

mit:& præmẽdo separat vnũ a superfluitate corticis vuę: sra lex premit cõscientiã:& remordendo separat virtutes a vitijs:virtutes cõseruando:vitia abijciendo. Agebat hoc prius lex naturalis ex instinctu rõnis.Sed cum quasi delecta esset talis lex scripta in cordibus:propter abũdãtia iniquitatis vt legere nescirẽt in ea:addidit plãtator huius vineæ ecclesiæ dñs deus legẽ Mosaicam:scribendo in tabulis lapideis legẽ decẽ præceptor: quæ dicta ratio naturalis. Et quia in processu temporis Scribe & Pharisei peruerterant verũ intellectũ ipsius legis eũ suis falsis expositionib⁹: vt patet Mat.v.vi.&.vij.c.Ideo christus supaddidit legẽ euãgelicã:legẽ amoris:auferendo falsas expositiones diuinæ legis:& euacuando cærimonialia per adimplectionẽ in se: & populo suo ac etiam addendo consilia.

Diuersi sũt opa rij vineę dñi.

§. VIII. OPERARII AVTEM IN

hac vinea sũt nõ solum prælati:sed & quicũq; alij.Sed tripliciter operantur homines:erga vineam istam.

¶Alij nequiter:ad deuastandum.

¶Alij excellenter:ad fructificandum,

¶Alij segniter:ad degenerandum.

Primi operarij sunt mali de qbus Pẽ.lxxix. Vindemiãt eam.f.vineam omnes:qui prætergrediuntur viam.Exterminauit eam aper de sylua:singularis fœrus depastus est eam.Vbi notantur tria genera deuastantium vineam ecclesiæ:& his omnibus redditur merces æternæ damnationis:sicut ludas recepit mercedem iniquitatis.

Tria sũt domini vineam deuastãtia.

¶Et primi sunt hypocritæ & simulatores:ibi Vindemiãt eam

¶Secundi:sunt tyranni persecutores:ibi, exterminauit eã aper de sylua.

¶Tertij hęretici & peruersores:ibi,singularis fœrus depastus est eam.

adipis esus ꝓhibitus:qa nõ generãt bonũ nutrimentum. Prout dicit Rabbi Moyses.Et ista est rõ literalis.Quãtum ad secũdã rõnẽ quæ est spiritualis:vt dicit Aug. Populus ille erat figuratiuus populi christiani.Et vita eoꝝ ꝑm cęrimonias legis erat quædã ꝓphetia designatiua ꝑ figurã vitæ &cõuersatiõis quã seruare deberet populus christianus.Illa igitur animalia ꝓhibita comedi vt immũda figurãt diuersa vitia:quæ immũda aiam faciũt.Esus ergo illoꝝ significat operationẽ illoꝝ quę comesta incorporantur & cõuertũtur in naturã:& ex operib9 malis generãtur habitus mali vitioꝝ:q ꝙuertũtur quasi in naturã ꝓpter assuefactionẽ.Debẽt ergo fideles abstinere a vitijs designatis ꝑ illa.Et aialia quidẽ quæ nõ habẽt vngulã scissam vel non ruminãt:designãt homines nõ habẽtes discretionẽ:nescięntes distinguere & cõsiderare circũstãtias rerũ:vel nõ ruminãtes.i.meditãtes scripturas sacras:hi ergo immundi sunt peccato indiscretionis vel ignorãtiæ:& tales mores debẽt euitari.Vel diuisio vngulæ designat fidẽ duaꝝ naturarũ in christo:& ruminatio sanos intellectus scripturarum:& vtrũq; ludæi trãsgrediũtur.Et vitiũ superbiæ prohibetur in esu Aquilę quę alte volat sup oẽs aues.Sed vt dicit dñs Hiere.xlix.Si exaltaueris tevt Aquila:& in cœlo colloceris nidũ tuũ.inde detrahã te:quia superbis dñs resistit. Exẽplũ ponit de Iucifero de cœlo eiecto.Vitiũ hypocrisis ꝓhibẽt in esu Struthiõis.Nã Struthio habet alas:sed præ grauedine nõ põt volare:circa terrã ambulat.Vñ significat hypocritã:q ꝑ opera exteriora de genere bonoꝝ videtur.Sed circa terrena est semꝑ in mẽte:ꝑm Gregoꝛ.in moraľ.Nolite ergo fieri sicut hypocritæ:ait christus Mat. vj.In Gryphone designatur crudelitas potentum:qa Gryphoꝰ est infestus hoibus armatis &æquestrib9.Sed dñs curꝛus Pharaonis &exercitum eius proiecit in mare.Exo.xv.

Compa ratur vj est coloris candidissimi:sed cibum trahit ex profundo terꝛa inoꝛ

Vitiũ inanis glorię potest designari in Cygno:quæ auis ræ vel aquæ.sic vanegloriosi oia opera sua quæ candida

talia aui videtur faciũt vt videãtur ab hoib9:& sic quęrũt cibũ ex

bus ra terreno fauore.Sed amẽ dico vobis:receperũt mercedẽ suã.

pacib9 Mat.vj.Et ideo noli Cygnũ comedere.i.inani gloria duci.Onocrotalus est auis in partib9 oriẽtis q̃ habet longum roſtrũ:& habet in faucib9 longas pelliculas in quib9 primũ cibũ ponit:& post horã in vẽtrẽ mittit:& signat auaꝛos:q immoderata solicitudine vitę necessaria cõgregant. cõtra illud Mat.vj.Nolite soliciti esse.Dicit apls ad Heb. vlti.Sint mores sine auaritia.q.d.Noliveſci Onocrotalo. Vitiũ rapinæ ꝓhibẽt in esu Auiũ rapaciũ omniũ vt Accipitris & hmõi.Accipiter q deseruit hominib9 ad prædãdum:designat eos q deseruiunt potẽtib9 ad prædã. Alietus qui pascitur minutis auib9:designat eos q pauperibus sunt molesti.Vultur q sequitur exercitũ expectãs comedere cadauera mortuorũ:significat eos q mortes & seditiões & guerras procurãt vt inde lucrẽtur.Vpupa quę nidificat in stercoꝛib9 & pascitur fimo:& gemitũ in cantu simulat: significat tristitiã ſeculi quæ pertinet ad accidiam:& morꝛẽ in hominib9 operatur.Propter quod dicit sapiẽs Eccl'i. xxx.Tristitiã lõge expelle a te:multos em occidit tristitia. Oẽs aues coruini gñis q̃ crocitãdo quasi eras sonant:signant tarditatẽ & pigritiã bñ operãdi.Sed Coruus egressus de arca non est reuersus ad eã.Et ideo dicit Eccl'i.v.Ne tardes ꝓnuerti ad dñm:nec differas de die in diem. Ibis est auis in Africa habẽs lõgũ roſtrũ q̃ ex serpẽtibus pascitur: & forte idẽ est qđ Ciconia:significat iudos q de defectib9 alioꝝ quasi de serpẽtib9 reficiũtur.Nõ in cõtẽtiõe & emulatione ambuletis.i.inuidia.ait apls ad Rom.xiij.Mergulus cui9 natura est vt sub vndis diutius immoretur:significat gulosos q in aquis deliciaꝝ se immergũt. Per Bubonem q de nocte pastum q̃rit:de die aũt latet:significantur luxuriosi:q occultari quęrũt in nocte operib9 quę agunt. Et ꝓ porcum in die in luto iacentẽ manifestos luxuriosos. Sed sint lumbi vestri pręcincti.ait christus Luc.xij.s.abstinendo ab omni luxuria.Per Nicticoracẽ quę in nocte acuti est visus in die non videt:signantur hi q̃ in spiritualib9 sunt hebetes in temporalib9 acuti.Baruch.iij.Quæſierunt prudentiã quę de terra est. Larus qui volat in aere & natat in aquis:signat eos qui cum volẽt per speculationem: tñ natãt in aquis voluptatum. Porphyrio præter modũ aliarũ auiũ habet vnum pedem latum ad natandum:aliũ fixum ad ambulandũ:quia in aqua natat vt anates:in ter-

ra ambulat vt pdices:solo morsu bibit oẽm cibũ aqua tingẽs:& significat hoies ꝓprię volũtatis:q nil volũt facere ad arbitriũ alterius:sed solũ qđ sit tinctũ aqua ꝓprię volũtatis:cũ tñ christ9 dicat.Nõ veni facere voluntatẽ meã. Io.vj.Per Herodionẽ q vulgariter dicitur Falco:signatur iracũdi & proni ad effundẽdũ sanguinẽ humanum. Caradrion est auis garula:& signat loquaces.cõtra illud Proꝛuerb.x.In multiloquio non deerit pctm.Per Vespertilionẽ:quę circa terrã volitat:signatur illi q ꝑculari sapientia prędit:sola terrena sapiũt.Circa volatilia etiã quadrupedia illa cõcedũtur:quæ posteriora crura habent longiora: per quę salire possunt.Alia vero immunda habentur:& signant eos qui doctrina quatuor euãgeliorum abutunt:vt per eã in altũ subleuentur. De fructibus autem arboꝝ nõ licebat vesci quatuor primis annis.Leuit.xix.ad significandum ꝑm Tho.& Grego.ꝓ primordia nostroꝝ bonoꝝ operũ debẽt nobis esse ſuspecta. Neruus fœmoris ꝓhibitus in animali ad esum significat fortitudinem ad peccandum:quę debet vitari.Quãtũ ad tertiam rationẽ quæ etiã est literalis:quare fuerunt ista prohibita:est quia his Gentiles vrebãtur in ritib9 suæ idolatrię:vel ad maleficia quo ad aliqua ex his:ꝓpter quod etiam fuit ꝓhibitus esus adipis & sanguinis:primitiua fructuũ & portatura vestis fœmineæ a viris &ecõuerso.Deuť.xxij.quia idolatrę talibus vtebãtur.Et etiã vestibus cõtextis ex lana & lino,ibidẽ.& Leuit.xix.Et agros etiã ꝓhibebat dñs in lege nõ seminari diuerso semine:& animalia diuersæ ſpeciei cõmisceri.Talia faciebant Gentiles diuersisꝫ superstitionibus a quib9 voluit dñs populũ suũ esse liberũ:& ideo ista prohibuit. Et diuersę superstitiones quę adhuc reperiuntur in populo christiano nõ sunt nisi quędã reliquię Paganoꝝ.Morabis autem ratio seu figuralis talium ꝓhibitionum est quo ad vestes:quia mulier non debet sumere sibi officia virorum:hoc est sumere vestem virilem:nec vir actibus mollibus vti.In veste lana & lino cõtexta ꝓhibita:signatur ꝓhibitio cõiũctionis simplicitatis cum malitia.Quod ager vel vinea non est diuerso semine seminanda.Leuit.xix,& Deuť.xxij.signat ꝙ debet ager vel vinea ecclesia:nõ varia doctrina.s.catholica & hęretica edoceri.Quod iumẽta nõ deberẽt facere cõmisceri diuersarum ſpecierum.Leuit.xix. signat ꝙ non debent permitti homines populares coniũgi.i.per familiarem conuersationem hominibus alterius fidei.s.ludęis vel paganis.Est etiã ratio ſpiritualis,s.ad detestationem vitij contra naturam:& tollendum oẽm occasionẽ cõcupiscẽtię.Nõ em fiũt talia nisi ꝓcurãtib9 hoib9: vñ excitat motus cõcupiscẽtiæ.Quod reperta aue in nido cum filijs nõ deberẽt capi & retineri mater cũ filijs.Deuť. xxij.fuit ratio literalis ad inducẽdũ ad pietatẽ.Sed rõ figuralis est:qa in quibusdã ſcripturæ passibus retinendi sunt sensus ſpũales quasi filij:& dimittẽda est obseruãtia literę quasi mater.Qđ nõ est arandũ in boue & asino:signat qa in pędicatione nõ est iũgẽdus fatuus cũ sapiẽte:quia qđ vnus ędificaret verbo:alius destrueret exẽplo.Qđ portarẽt fimbrias hyacinthinas in angulis pallioꝝ præceptum obseruãtię fuit.Num.xv.vt distinguerentur in habitu ab alijs nationib9:& figurãdũ ꝙ deberẽt fideles habere cœlestem ꝙersationẽ & intẽtionẽ in oibus operibus ad cœlũ. Quod sacerdotes in mortib9 ꝓpinquoꝝ non debebãt deponere capillos capitis vel barbæ.Leuit.xxj.significat ꝙ nũq; debẽt deponere sapiẽtiã mẽtis:nec pfectionẽ sapientię:nec debebãt scindere carnes vel vestes.i.vitiũ schisma ticis vitare.Quod hoies egestiões e corpore debẽt operire terra.Deuť.xxiij.significat ꝙ opera praua debẽt cooperiri terra pœnitentię Ab his ergo ꝓhibitis abstinendo ꝑm expositionẽ factã moraľ quę est bea.Tho,nõ dñatur in nobis aliqua iniustitia. Sed vtẽdo cibis cõcessis.ſ.ruminãtibus & findentib9 vngulam pedũ quo ad quadrupedia.i. operib9 insistẽdo quę sunt cũ examinatione rõnis:& scripturarũ collatione:& cum discretiõe.Vescẽdo squãmatis & pẽnulas habẽtibus quo ad pisces.i.exercẽdo se in austeritate vitæ signata per squãmas asperas:& in cõtẽplatiõe cœlestiũ quod notat ꝑ alas.Comedẽdo aues quę nõ habẽt nimiã siccitatẽ vel humiditatẽ.i.in cogitationib9 non habẽdo siccitatẽ indeuotionis:& humiditatem nimię carnalis affectionis:sed medię tẽperatas.i.in virtute quæ mediũ tenet fundatas & cauẽdo a duplicitate:sed vestes habendo cum ſimbrijs hyacinthinis.i.cõuersationem intẽtione ere

Lex inducitad pietatẽ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctia ad ecclestiã & praua opera cooperiẽdo pnia: sic dirigimus, i. rectos facim⁹ gressus operũ. vt nos pducãt ad cœlũ.

§. V. DE QVARTO GENERE CAE

De sacramentis veteris legis.

rimonialiũ quod dr̃ sacramẽta: quę vtiq; erãt tm̃ signa sacramentoꝝ rerũ: nõ aũt causatiua nec cõtẽtiua gr̃æ vt sacramentis vetera ecclesiæ, de quib⁹ Leuit. xx. Ego dñs qui sanctifico vos. Et legis. Pro quoꝝ declaratiõe dicit btus Tho. i. ñ. q. cĩ. ar. v. q̃ sacramẽta ꝓprie dicũtur illa quę adhibebantur dei cultoribus ad quãdã cõsecrationẽ: per quã. s. deputabãtur quodã modo ad cultũ dei. Cultus aũt dei generalr̃ pertinet ad totum populũ: sed specialiter ptinet ad sacerdotes & leuitas q̃ erant cultus diuini ministri, Vñ in sacramẽtis veteris legis quędã spãliter ad ministros: & circa vtroſq; tria erãt necessaria. Quorum primũ est institutio in statu colendi deũ: & hęc institutio quãtũ ad oẽs fiebat p circũcisionẽ: sine qua nullus admittebak ad aliqd legaliũ: quãtũ vero ad sacerdotes p sacerdotũ cõsecrationẽ. Sed⁹ requirebak vsus eoꝝ q̃ ptinẽt ad diuinũ cultũ: & sic quãtũ ad populũ erat eſus paschalis cõuiũ: ad quẽ null⁹ incircũcisus admittebak. vt patet Exo. xij. Et quãtũ ad sacerdotes oblatio victimarũ & eſus panũ. ꝓpositionis: & aliorũ quæ erãt sacerdotum vsib⁹ deputata. Tertio requirebak remotio eoꝝ p quę aliqui impediebãt a cultu diuino. s. immũdiciaꝝ: & sic quãtũ ad populũ erãt institutę q̃dã purificationes a q̃busdã exteriorib⁹ immundiciis: & etiã expiationes a pctis: quãtũ ad sacerdotes & leuitas erãt instituta ablutio manuũ & pedũ: & rasio pilorũ. Et hæc oĩa habebãt & rõnabiles causas literales fm̃ q̃ ordinabank ad cultũ dei, ꝓ illo tẽpore: & figurales fm̃ q̃ ordinabank ad figurandũ christum. Et ad hoc põt induci illud Pã. cxviij. Benedictus es dñe: doce me iustificationes tuas. Illa veteris legis præcepta oĩa q̃uis possint dici iustificationes quasi quędã executiões iustitię ex se: vel ex institutiõe diuina: præcipue tñ illa sacramẽta possunt dici iustificationes: nõ qa ex se iustificarẽt: sed ex fide & deuotiõe vtẽtiũ: etiã qa disponebãt ad christũ iustificandũ: & figurabant pmaxime sacramẽta ecclesiæ q̃ vere iustificant. vt cõrẽtiua gratiæ. Sed quõ ista figurẽt: & debitũ vsum ipsoꝝ sacramẽtoꝝ obseruẽ: est: & ideo petendũ a dño vt doceat. fm̃ ilud Pã. cxviij. Benedictus es dñe: doce me &c. Et fm̃ Tho. vbi. ã. circũcisioni correspõdet baptismus: & figuratur ꝓ ipsam. Vnde apls ad Col. ij. Circũcisi estis in circũcisione dñi nostri Iesu xp̃i: cõsepulti in baptismo: Cõuiuio agni paschalis cortã nouę legis. respõdẽt in noua lege sacramẽtum eucharistię. Purificationibus oĩb⁹ veteris legis correspõdet in noua lege sacramẽtũ pœnitẽtię. Cõsecrationi põtificũ correspõdet sacramẽtum ordinis. Matrimoniũ fuit in veteri lege prout est officiũ naturę: nõ prout est sacramentum ecclesię significãs cõiũctionẽ christi & ecclesię: quę nõdũ erat facta. Sacramentũ aũt cõfirmationis nõ habuit figurã seu correspõdẽs sacramẽtũ in veteri lege: eo ꝙ est sacramentum plenitudinis gratiæ: quę nõdũ erat data. s. in plenitudine illa. Et similiter sacramẽtũ extremę vnctionis: qa ꝓ ipm fit q̃dã imediata ꝓparatio ad introitũ glorię: sed eius aditus nõdum patebat in vetri lege. De his ergo quatuor generib⁹ sacramẽtoꝝ veteris legis videndũ. s. circũcisiõe: agno paschali: purificationib⁹ & vnctione sacerdotũ. In his em̃ figurantur sacramenta ecclesiæ & quõ sint sumẽda. Petẽdũ ergo vt doceat me dñs istaꝝ q̃b⁹ seruatis iustificemur. Bñdict⁹ es dñe: doce me iustificationes tuas. Et primo de circũcisione.

§. VI. CIRCVNCISIO PRIMVM

Circũcisio primum sacramen tũ veteris.

sacramentũ veteris legis est habẽs principiũ nõ ex Moyse. i. in lege sua: sed ex patribus inquit christus Io. vij. Habuit em̃ principiũ in Abraã: cui de⁹ hoc primo mãdauit. vt pater. Gen. xvij. vbi dicit dñs Abraæ. Circũcidet in vobis oẽ masculinũ: & circũcidetis carnẽ prępuṁ vestri. Masculus cuius prępuṫ caro circũcisa nõ fuerit. delebitur aia illa de populo suo. i. de cœtu sanctorũ: qa pactũ meũ irritũ fecit: s. Adã in paradiso transgrediẽdo mãdatũ dei: ꝑpter quam transgressionẽ traducitur p generationẽ in oẽs pãm origi

Causa institutionis circũcisionis.

nale: qđ⁹ nisi tollat, priuat aiam gloria dei: vt exponit Beda. Ad tollẽdũ igit peccatum originale fuit institutа circũcisio. Vnde Greg. Quod apud nos valet aqua baptisma tis: hoc apud veteres egit vel ꝓ paruulis sola fides: vel pro maioribus virtus sacrificij: vel pro his qui de Abraę stirpe ꝓdierũt: mysteriũ circũcisionis. de cõsec. dist. iiij. qđ apud. Sciẽdũ tñ fm̃ Tho. in. iij. parte. ꝙ nõ eo mõ circũcisio tollebat peccatum originale: sicut modo baptismus. nã circũcisio protestatiue nõ causatiue. Tollebaṫ ergo originale p fidem parentum: cuius ꝓtestatio erat illa circũcisio: ita ꝙ esset causa sine qua nõ tollebatur. Sed baptismus est causa qua tollitur originale: quia est cõtentiuus gratiæ & iustificatiuus. Triplex est aũt ratio iustificationis circũcisionis: ob fidei protestationem: ob cõcupiscentiæ debilitationẽ: ob nostræ purgationis figurationẽ. Prima ergo ratio circũcisionis fm̃ beatũ Tho. vbi. ã. q̃ est principalis & literalis: fuit ad ꝓtestationẽ vnius dei: qa Abraã fuit primꝰ q̃ se ab infidelib⁹ separauit exiens de domo sua & cognatione sua. Et ideo ipse primus circũcisionem accepit. Et hanc causam assignat apostolus ad Rom. iiij. dicens. Signum accepit circũcisionis signaculum iustitię fidei quæ est in pręputio: quia. s. in hoc legitur: fides Abraę reputata ad iustitiam: quia in spe contra spem credidit. i. contra spem naturæ in spem gratiæ: vt fieret pater multarũ gẽtiũ: cũ ipse esset senex & vxor sua anus: & sterilis. Et vt hæc protestatio & mutatio fidei Abraæ firma retur in cordib⁹ Iudæorum: ideo acceperunt signum in carne sua: cuius oblitusci non possent. Vnde Gene. xvij. dicit. Erit pactum meũ in carne vestra i fœdus æternũ. Et Gratia. dicit: ꝙ Abraam accepit circũcisionẽ in signũ iustitiæ: nõ in causam iustificationis. de pœni. dist. i. porro. circa fi. Secũda ratio circũcisiõis potuit esse ad debilitationẽ cõcupiscẽtiæ: quę maxime manifestatur in illo membro quod est instrumẽtũ generationis: & eo tpe decẽs fuit dari signũ in cõcupiscẽtiæ debilitatiõnẽ quo magis vigebat in hoib⁹ ipsa cõcupiscẽtia: inciṗiẽtib⁹ hominib⁹ declinare propter inordinationem eius ad vitia cõtra naturã: vt patet in Sodomitis. Fiebat aũt octauo die natiuitatis pueri: vt dicitur Gen. xvij. Non anre: qa puer eratvalde tenellus: & poterat inde grauiter ledi. Non aũt postea tardabaṫ: ne aliqui propter dolorem circũcisionis ipsam refugerent: & ne parẽtes quoꝝ amor est nimius ad filios post eoꝝ frequentem cõuersationẽ & augmentũ: eos circũcisioni subtraherent. Tertia ratio est figuralis: qa ꝑ hoc designabatur ablatio oĩs corruptionis facienda per christũ: quæ perfecte cõplebiṫ in octaua ætate mũdi: quæ est ætas resurgẽtiũ. Nam prima ętas fuit ab Adam vsq; ad Noe. Secunda a Noe vsq; ad Abraã. Tertia ab Abraã vsq; ad Dauid. Quarta a Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis. Quinta inde vsq; ad Christũ. Sexta inde vsq; ad octo finem mundi vel antichristum. Septima dormiẽtiũ. Octaua resurgentium. Et quia omnis corruptio culpę & pœnæ peruenit in nos p carnalẽ originẽ ex peccato primi parentis: ideo talis circũcisio fiebat in mẽbro generationis. Figurabat autem circũcisio baptismũ: qa dabaṫ ad tollendũ Circũcidefectum peccati originalis: quẽ tñ non tollebat eo modo sio figuquo baptismus. In effusione aũt sanguinis in circũcisione rabat figurabaṫ Christus: in cui⁹ virtute tollit pctũ ipsum. s. in baptiꝰ virtute sanguinis Christi effusi. Suscepit aũt Christus hãc mum. circũcisionẽ multis de causis quas hic nõ declarabo. Et inter cæteras vt doceret nos circũcidere nõ corporaliter: qa hoc esset iudaizare: sed spiritualiter. Vñ apls ad Col. ij. Circũcisi estis circũcisione nõ manufacta in expoliatione corporis carnis. sed in circũcisione domini nostri Iesu christi.

Aeratos mundi

Circũcidefectum

sio figurabat

mum eucharistię.

Debet aũt quilibet baptizatus esse circũcisus in tribus: quo ad potentiã intellectiuã: quo ad potentiam affectiuã: quo ad potẽtiã sensitiuã. Quo ad intellectũ vt inde remoueat oẽm errorẽ & superstitionẽ. Et hæc figurata est ꝑ circũcisionẽ factã in Galgalis transito Iordane. per Iosue. Et c signat errorũ remotionẽ Gẽtiliũ quam debẽt facere hoies ſus i ꝑ baptismũ. Vñ Hiero. Est & illud opprobriũ ægypti: bus. quod si neglexeris etiã post Iordanis trãsitum: & post baptismi secũdam circũcisionẽ vetustę cõsuetudinis inustio ne suggeritur obseruare auguria: & requirere stellarũ cursus & euentus futurorũ: ex his rimari: cæteriscꝫ huiusmodi superstitionibus implicari: idolatriæ nãq; mater est ægyptus, ex qua certũ est opprobria huiusmodi pullulare &c. xxvj. q. ŋ. sed & illud. Et de superstitionibus quæ fiunt in Calendis Ianuarij: quę est dies circũcisionis Christi habes xxvj. q. vñ. si quis Calendas. Debet etiam fidelis circũcidere affectum a superfluitate affectus terrenorũ. Hiere. iij. Circũcidimini dño: & auferte pręputia cordiũ vestrorũ. i. superfluitat ẽ affectuũ. Debet etiã circũcidere sensitiuam. id est sensus

id est sensus exteriores: visum a vano aspectu: auditum a detractionibus & adulationibus: gustũ ab immoderatis cibis: odoratũ a suauib⁹ odoribꝰ: tactũ a voluptatib⁹: os a loquacitatib⁹: totũ corpus a põpositis vestibus & vanis ornatibus qđ⁹ tangit Beda in homel. Vñ Stephanus dixit Iudæis eos reprehendẽs. Incircũcisi cordibus & auribus vos semꝑ spũisancto restitistis. Act. vij. Et seruata ista triplici circũcisiõe christꝰ nos ducẽs ad gloriã ibi circũcidet demũ ab oĩ corruptiõe miserię corporis &aię. Vñ & Exo. iiij. Moyses in Egyptum vadẽs qa ducebat secum duos filios incircũcisos angelus voluit occidere eũ sed subito circũcidit & euasit & significat duplicẽ affectũ. s. sensitiuũ & itellectuũ q̃s debem⁹ a supfluis remouere & mortificare.

triplex rõ circũcisionis

§. VII. DE AGNO PASCHALI SA

Agnus paschalis figurabat sacramen tum eucharistię.

cramẽto veteris legis: & figuratiuo sacramẽti eucharistię & ꝑcipue quo ad modũ debitũ sumptionis. de quo põt ex poni illud Pã. xxij. Parasti in ꝓspectu meo mẽsam aduersus eos q̃ tribulãt me. Ad hãc vtiq; illa mẽsa. i. illud qui ueũ agni paschalis: fuit parata. Iudæis cõtra Egyptios q eos affligebãt. Nã mortuis primogenitis Egyptioꝝ & ipsis itaq; ab exterminatore ãgelo ꝑ signum Thau ex sanguine agni, i supliminarib⁹ domoriũ coegerũt Egyptij illos recedere subito ne pejora paterent. Et ista est rõ literalis quare deꝰ statuit agnũ ãnuatim comedi & talib⁹ circũstãtijs: vt recordarent sępi⁹ bñficij sui liberatiõis a tribulatib⁹. Nã ille ęrimoniæ oẽs ifinuãt festinatiã exitus eorũ de Egypto: sicut lactucę agrestes designant amaritudinẽ tribulationũ quas patiebant in Egypto. Moralr̃ autẽ seu fm̃ rõnẽ figuralẽ fm̃ Tho. vbi. ã. figurabat xp̃m passum, ꝓ nobis q. ꝓponiẽ sumendus in sacramẽto aduersus eos qui tribulãt nos. i. dęmones. Vnde apls. i. ad Cor. v. Pascha nr̃m immolatꝰ est christꝰ. Et Grego. in homel. in. ij. quid sit sanguis agni nõ tã audiẽdo sed bibẽdo didicistis qui sanguis sup. vtiq; ꝓstę ponit qñ nõ solũ ore corporis sed & ore cordis hauriṫ, de ꝙ. dist. ŋ. qd sit. Et sic ab exterminatore tribulãte liberamur. Illæ aũt ęrimonię cõedẽdi agnũ figurãt cõditiões seruandas in sumẽdo agnum christũ i sacramẽto. Dicit em̃ de ipso agno Exo. xij. Caput cũ intestinis & pedib⁹ vorabitis vt nihil vsq; mane remaneat. Siqd autẽ residui fuerit igni comburaṫ ꝙ si tãti non fuerint in familia vt sufficiat ad esum agni assumant fecũ vicinũ cõiũctũ domus suę: nil de carnib⁹ extra domũ ferẽdo nõ aũt crudũ vel aq̃ coctũ sed tm̃ igni assatũ deber comedi. Et ꝫ ad vesperã cũ panib⁹ azimis & lactucis agrestibus. Accinctis quoq; renib⁹ & baculos habẽtes in manibus & calciamẽta in pedib⁹ & festinãter. Notantur in his cõditiones q̃s debet habere digne sumẽs agnũ sacramẽta lẽ seu christũ. Primo exigiṫ plena fides in intellectu circa ipm sacramẽtũ. i. ꝙ i eo sit diuinitas & corꝑ & aia. Signãtur ista ꝑ caput pedes & iteſtina. Caput est christꝰ de⁹: ait apls Epp. iij. & v. & Col. i. & ŋ. Pedes qb⁹ corporaliter incedebat est corpus interiora occulta est aia. Totũ vorat q totum credit. Nil dubites (ait Hilarius) sed potius suscipe verba Saluatoris in fide q̃ ait. Caro mea vere est cib⁹. Sed siquid est durũ & arduũ rõni qđ⁹ capi nõ possit comburaṫ igni. i. totũ credaṫ ex immẽso dei amore, ꝓcessisse. Ad firmandũ cor syncerũ sola fides sufficit ait btus Tho. In cõmunioribus aũt sentẽtijs quę dicuntur de hoc sacramento qđ⁹ per se comedere nõ valet. i. intelligere adiutoriũ sumat aliquẽ. s. peritũ domus suę vicinũ. i. ecclesię vnitũ q valet ei declarare. Nil extra domũ ẽ ferẽdũ de hoc agno. Et nec incircũcisus debet admitti ad ꝫ qđ⁹ est sed⁹ seruãdũ: vt. s. nulli cõieraṫ extra ecclesiã existẽti: nec aliquis hæreticus schismaticus: excõicat⁹ accedat qa ad sui iudiciũ sumeret.

Condiciões q̃s debet habere di gne sumendũ corpus christi. Io. vj.

Tertiũ obseruandũ ꝙ aqua. i. sapiẽtia ſeculari coq. i. examinari nõ debet q̃ vult q̃ accidẽtia nõ possint eẽ sine subiecto. Et alia multa q̃ docet eccl'ia. Nec crudũ ẽt vt comedam⁹ carnẽ humanã christi crudã sed igne assatũ spũsancti q de eo loquit i scripturis. Quartũ vt affectus sit syncerus sine aliq̃ mala itẽtiõe & duplicatiõe. s. Cor. v. Epulemur in azimis syncerit atis & veritatis. Leo papa Nullꝰ fictus accedat nullꝰ fucato aĩo nec insidiq̃ mente cõdanṫ ꝑcedat veritas cõfessiõis debitę. Quintũ vt sit ibi ꝓritio ꝑtorũ. Per lactucas agrestes signaṫ ipa amaritudo ꝓritiõis qa & illæ lactucæ amare erãt. Debet qs examinare cõsciẽtia & dolere de oĩb⁹ & recognoscere se indignũ ꝓpter pcta sua

Allegoria agni paschalis.

§. VIII. DE VARIIS PVRIFICA

Purificationes veteris legis qđ figurabant.

tionib⁹ veteris legis figurãtib⁹ sacramẽtũ pniæ & baptismũ & passionẽ xp̃i: in cui⁹ virtute sacramentũ pnię & alia habẽt effectũ. Pro cui⁹ declaratiõe sciẽdũ fm̃ Tho. j. ij. q. cj. ar. v. ꝙ purificationes legis veteris ordinabantur ad remouẽdũ impedimẽta diuini cultꝰ q est duplex. i. spũalis q cõsistit in deuotione mẽtis ad deũ: & corporalis q cõsistit in sacrificijs & oblatiõib⁹ & alijs huiõi. A cultu spũali ipediũtur hoies p pcta qb⁹ hoies pollui dicebanṫ. sicut p idolatriã, homicidiũ, adulterium & hmõi. Et ab istis polluitionibus purificabãtur hoies per aliqua sacrificia: vel cõiter oblata ꝓ tota multitudine vl' ꝓ pctis singulorũ: nõ ꝙ illa sacrificia haberẽt ex se virtutẽ expiãdi pctm̃: sed qa figurabãt expiationẽ futurã ꝑ christũ: cui⁹ participes erãt ẽt anti qui ꝓtestãtes fidẽ redẽptoris in figuris sacrificioꝝ. A cultu vero exteriori ipediebãtur hoies p q̃sdã imũditias corporales: vel in hoib⁹ & in alijs aialib⁹: investimẽtis domibus & vasis. Et in hoib⁹ qdẽ aut ex se: vt in cadauere hois: aut in ifirmitate lepra: vel fluxu sanguinis: vel seminis & hmõi: q̃ ꝓcedũt ex corruptiõe humoꝝ. Aut ẽt cõtrahebaṫ

Universidad de Deusto
Biblioteca

immūditia illa ex cōtactu reꝝ immūdaꝝ: vt cadaueris, le-
Rō imū- prę & hmōi. Rō autē haꝫ imūdiciaꝝ literalis erat ,ppter
ditiarū reuerētiā eoꝝ q̄ ad diuinū cultū ptinēt. tū qa pręciosas res
literalis hoies nō solēt cōtingere cū sunt immūdi, tū qa ex raro ac-
cessu ad sacraria hoies magis veneranť. tū etiā qa ī qbusdā
erat rō vitādi rit⁹ & occasiones idolatriæ: ad quā erāt incli
nati: & gētiles multis ex his vtebanť in cultu suoꝝ deoꝝ.
Hmōi aūt imūditiæ corporales purificabanť: vel p aſper
sionē aquę lustrationis: de qua dicet: vel q̄ maiores imūdi
Rō figu- tiæ erant p aliqua sacrificia. Rō aūt figuralis est: qa iste im
ralis. mūditiæ corporales ſignificāt immūditias culpaꝝ varias
quæ ipediunt a vero cultu interiori dei. Et eaꝝ purificatio
signat purgationē eaꝝ p sacramētū baptismi vel pœnitē-
tiæ virtute passionis christi in illis sacrificijs figuratę. Vñ
pōt ad hoc induci illud Pō. I. Asperges me dñe hysopo &
mūdabor. lauabis me & sup niuē dealbabor. Aſpersio &
lotio fit aqua: & hęc est pœnitētia figurata in aqua lustra-
tionis. Sed adiūgiť hysopus quę est hærba munitissima in
foliis: & calida medicinalis: qa purgatiua & odorifera: & si
gnat passionē christi q̄ fuit peracta i magna humilitate &
charitate purgatiua culpaꝝ & odore virtutū reficiēte. Cū
quis vere pœniteť: tūc deus aſpergit hysopo: applicās vir
tutē suæ passionis ad aquā pœnitētiæ illius. Et sic lauatur
a ſordib⁹ immunditiaꝝ & efficiť albus. i. immaculatus: vt
Hęresis nix puritatis cęlestis. Declarādę ergo sunt illæ immundi
quid sit tiæ qd̄ ſignificēt. Et immūditia lepręſignat immūditiam
hæreticæ doctrinæ: quia hęresis est morbus cōtagiosus &
immiscēs in suis dictis vera cū falſis: quaſi quędā distinctio
maculaꝝ in corpore. Lepra dom⁹ quæ erat ex aliqua cor-
ruptione ,ppter excessum humiditatis vel siccitatis: ſignat
immūditiā congregationis hæreticoꝝ. Lepra vestis lineę
pctm operis occulti: quia linovtimur ad carnē. Vñ occul-
ta est vestis linea vt camiſia. Lepra vestis laneæ qua vti-
mur ab extra est pctm̄ in exteriori conuersatione. Lepra in
pilis peccatū est in cogitationib⁹. Immūditia mulieris san
guinē fluētis: ſignat idolatriæ culpā ,ppter immolaticum
cruorē. Immūditia mulieris parturiētis: immūditiā pecca-
ti originalis. Immūditia menſtruatę: culpā aīæ p voluptā
tes emollitæ. Immunditia fluxus ſeminis: culpā ſuperfluæ
vel mordinatæ seu inutilis locutionis etiā legēdo & præ-
dicādo: vt exponit Greg. dist. xliȝ. ſit rector. Immūditia ca
daueris: pctm̄ obſtinationis. Immūditia contactus reꝝ im
mundaꝝ consensum in pctm̄ alterius. ſm illud, ȝ, ad Coꝝ.
vi. Exite de medio eoꝝ & ſeparamini: & immūdū ne tetigeritis. ſ. cōſentiendo. Immūdū nō tāgit q̄ peccato alterius
nō assentit: vt dicit Augu. xxiȝ. q. iiȝ. recedite. Vas non ha
bēs cooperculum vel ligaturam immundū erat: & ſignat
Immun non habentē restrictionē diſciplinę. Modo videndum eſt
ditiæ quō pnrgabātur hę immunditiæ pctōꝝ. Et certū est q̄ per
peccato pœnitētiam. Act. iii. Pœnitemini vt deleātur peccata vſa-
rū quō ait Petrus. Lauabis me: inquit Pō. ſ. aqua pœnitētiæ: & su
mundā per niuem dealbabor. Et hoc ſigurabatur p illā aquā quæ
tur. dicebatur lustrationis: quæ miſcebať cinere vitulæ cōbu-
stæ. De qua ait apl's ad Heb. ix. Si eñ cinis vitulę aſpersus
inquinatos ſanctificat ad emūdationē carnis. i. ad tollen-
dū illas immūditias corporales: quātomagis ſanguis chri
ſti emundabit conſcientias nostras ab operib⁹ mortuis. ſ.
pctōꝝ? Mādauit dñs. Nume. xix. vt acciperet vaccā rufam
ętatis integræ ſine macula: & quæ nō portaſſet iugū & im
molaret. i. occideret extra caſtra: & de ſanguine eius intin-
gebat sacerdos digitū: & aſpergebat cōtra fores ſanctuarij
septē vicib⁹. Cremabatur aūt illa vacca tota cū ſanguine,
pelle, carnibus, & ſimo: & adiūgebatur cōbuſtioni eius li
gnū cedrinū: hyſopus & coccus bis tinct⁹. Et ille cinis vac
cæ reſeruabať & ponebať in aquis & cum illa aqua aſperſi
mundabantur a dictis immundiȝs. Sed immūdi efficiebā
tur: & cremātes vaccā & cineres colligentes & aſpergentes
alios aqua. Spiritualiter. Vacca iſta ſignat dñm Ieſum dei
ſapientiā: qui dicť vacca propter aſſumptam nostram in-
firmitatem mortalitatis. Rufa fuit: quia plenus charitate:
vel quia aſperſus ſanguine in paſſiōe. Integræ ętatis vac
ca iſta erat: qa omnis actio eius fuit perfectiſſima & in pfe
cta ętate paſſus est: nulla fuit in eo macula peccati: nec iu-
gū ſeruituris. Debebat aūt populus adducere ad Moyſen:
quia imputabant ei trāſgreſſionem Moſaicæ legis in vio
larione ſabbati. Pręcipitur autem tradi Eleazaro ſacerdo-
ti: quia christus occidendus traditus est in manus ſacerdo-
tum. Immolatur extra caſtra: quia extra portam paſſus est.
vt dicit apl'us Hęb. xiii. Intingit ſacerdos digitum in ſan-
guine eius: quia myſterū paſſionis christi cōſiderandum
cū diſcretione & imitādū actione est: & pręcipue a ſacerdo
tibus. Aſpergitur ſanguis contra tabernaculum deſignās
ſynagogā, vel ad condēnationē nō credētium: vel ad pu
rificationē credētiū: & hoc ſeptē vicibus: vel ,ppter ſeptem
dona ſpiritus ſancti quæ ex ſacramentis percepimus: vel p
oē tēpus quod ſignatur in ſempiterno. Oia igne cremāda
ſunt. i. ſpiritualiter intelligēda igne ſpiritus ſancti. ſ. inſtru
ctione. Nā p pellē & carnē exterior eius operatio: p ſangui
nē ſubtilis interna ei⁹ virtus viuificās: per ſimū laſſitudo
ſitis: & alia ad infirmitatē pertinētia. Tria addita ſignant. Tres le
Cedrus altitudinem ſpei vel cōtemplationis: hyſopus hu gis cæri
militatem vel fidem: coccus bis tinctus geminam charita monię.
tē. p hæc debemus christo paſſo adhærere. Cinis hui⁹ vacę est memoria ſeu virtus christi paſſi. Colligiť iſte cinis a
viro mūdo: quia reliquię paſſionis peruenerūt ad gētes: q̄
nō fuerūt culpabiles in christi paſſione. Apponūtur iſti ci
neres in aquā ad expiandū: qa ex paſſiōe christi baptiſm⁹
& etiā pœnitentia ſortitur effectū emundādi peccata. Qui
aūt immolabāt vaccā vel colligebāt cineres: & q̄ aſpergē
bāt aquā efficiebātur immundi vſq̄ ad veſperum: quia lu
dæi in occiſione christi effecti ſunt immūdi & peccatores:
& hoc vſq̄ in finem mundi: qa tunc cōuertētur ad veſpe
ram: ſm Pō. lviȝ. Vel etiā ad ſigurādum, quia q̄ miniſtrāt
aliis ſacramenta in collatione eorū aliquas immunditias
cōtrahūt: & permaxime in ſacramētis pœnitentiæ: & hoc
vſq̄ ad veſperū. i. finē vitæ præſentis. Fiebant & alia ſacri
ficia in feſto propitiationis. ſ. vituli, arietis, & duoꝝ hirco
rum ad expiationē pctōꝝ p populo & ſacerdotibus deſi-
gnātia paſſionē christi. Et etiā ſacrificia quę fiebāt a ſingu
lis perſonis p peccatis: vel a leproſis mundatis ſacramēta
erāt figuratiua paſſionis christi: & etiā ſacramētū pœnitē
tiæ & confeſſionis quæ ob breuitatem nunc dimittuntur.
Aſpergamur ergo hyſopo cum aqua luſtrationis. i. pœni
tentia: & ſic ſuper niuem efficiemur albi: & erimus mun-
dati: vt in templum gloriæ poſſimus intrare.

§. IX. DE CONSECRATIONE

Conſe-
cratione
ornā-
mēta.

ſacerdotū & ornamētis eoꝝ & maculis ,phibitis in eis. Et
correſpōdēt iſta ſacramēta ſacramenteno ordinis clericoꝝ & conuersationi eorū. Pro quoꝝ declaratione dicit beatus
Tho. ī. ȝ. q. cȝ. arti. v. Sicut populus ille inſtituebať ad cul-
tū dei p ſacramētū circūciſionis: ita miniſtri p aliquā cōſe
crationē vel purificationē. Vñ ſeparari ab aliis præcipiū-
tur quaſi ſpecialiter ad miniſterium cul⁹ diuini præ aliis de
purati: & totū q̄d̄ fiebat in eoꝝ cōſecratiōe vel inſtitutio-
ne ad hoc ptinebat: vt oſtēderet eos habere quādā præro-
gatiuam puritatis & virtutis & dignitatis. Ad q̄d̄ facit q̄d̄
ait Pō. cxxxi. Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti
tui exultēt. Vnde circa inſtitutionē miniſtroꝝ tria fiebant
quæ habent rationes literales & rationes figurales.
¶ Debebant enim eſſe a certis maculis liberi.
¶ Debebant varijs ornamentis indui.
¶ Debebant certis ſacrificijs & modis purificari.

ſacerdo
tes vete
ris legis
figura-
bant la
cramen
tum or
dinis.

Tria ſi-
bant ca
inſtitu
tionem
miniſtro
rum.

Quantū ad primū mādauit dñs vt qui haberent maculā etiā ſi eſſent de genere Aaron nō miniſtrarēt ei. Ratio li-
teralis huius: qa tales ſolēt hoib⁹ cōtēptui haberi: & inde
etiam ipſe cultus dei. Sed rō figuralis est: quia maculę illæ
deſignant defectus pctōꝝ q̄ tollunt ſanctitatē aīaꝝ debitā
ſacerdotib⁹. & deſcribunť hæ maculæ Leui. xxi. vbi dicit
tur. Homo de ſemine tuo qui habuerit maculam non acce
dat ad altare: nec̄ offerat panes deo ſuo. Et ſubditur ſingu
las deſcribendo. Si cęcus. i. ne ſit ignorans. Si claudus. i. ne
ſit inſtabilis & ad diuerſa ſe inclinans. Si paruo vel gran
di vel torto naſo. i. ne per deſpectū diſcretiōis in plus vel
min⁹ excedat: aut aliqua praua exerceat. Per naſum etiā p
quē diſcernim⁹ odores a fœtoribus diſcretio deſignať. Ne
ſit fracto pede vel manu. i. ne amittat virtutē bene operan
di vel ,pcedēdi de virtute in virtutem. Ne gibbus aut revel
retro. i. ne ſuperfluū amorē vel laborē habeat ad terrena. Si
lippus ne. ſ. p carnalē affectū eius ingenium obſcurū ſiat.
Si albuginē habēs in oculo ne. ſ. præſumptionē candoris
inſcientię habeat in æſtimatione. Si iugem ſcabiē. i. peru-
lātiā carnis in opere. Si impetiginē, i. litigioſus: i mpetigo
corpus ſine dolore occupat: & membroꝝ. tñ decorem ſedat:
vnde & auaritiā

vnde & auaritiā deſignat. Si hernioſus ſeu pōderoſus: & ſi
gnat luxuriā in cogitatiōe. Hæc Tho. vbi. ē. Et quaſi ſimi
lē expoſitionē habę maculas ponit Greg. in paſtorali, &
in decre. habeť. di. xlix. hinc etem. & diffuſius ibi hęc decla
Diuer- rātur. Quantū ad ſecūdū voluit deus vt ſacerdotes habe-
ſa orna rent diuerſa ornamēta: vt in maiori reuerētia haberētur a
mēta ſa populo: & ſic cultus dei eſſet i maiori honorificēcia & glo
cerdo- ria. & vt habet Exo. xxviii. Pōtifex habebat nouem orna
tum. mēta. Primum veſtē lineā. Secūdū tunica hyacinthinā: in
cuius extremitate verſus pedes ponebantur tintinnabula
quędā & malapunica intexta: & ex hyacintho purpura ex
cocco bis tincto. Tertiū ſuphumerale quod tegebat hume
ros & anteriorē partē vſq̄ ad cingulū: quod erat ex auro &
hyacintho & purpura & cocco bis tincto & byſſo retorta.
Et ſup humeros habebat duos Onychinos in quibus erāt
ſcripta noīa filioꝝ Iſrael. Quartū erat rationale ex eadem
materia factū: quod erat quadratū: & ponebatur in pecto-
re: & coniungebatur ſuperhumerali. & in hoc rōnali erant
duodecim lapides precioſi diſtincti p quatuor ordines: in
quibus erant ſcripta noīa filioꝝ Iſrael: quaſi ad deſignan-
dū q̄ deferrēt onus totius populi: & q̄ debebāt iugiter de
eoꝝ ſalute cogitare. Et ideo in pectore. i. rationali in quo
mandauit dñs ibi poni doctrinā & veritatē. quia quædam
pertinentia ad veritatem iuſtitiæ: quædam ad veritatē do
ctrinæ ibi erant ſcripta. Quintū ornamentum baltheus. i.
cingulus quidā factus ex illis quatuor coloribus. Sextum
est thyara. i. mitra quædam de byſſo. Septimū lamina au-
rea pēdens in fronte: in qua erat ſcriptū nomē dei. Octauū
erant ſeminalia linea vt operirēt turpitudinem ſuam qū
accederet ad altare vel ad ſanctuariū. Ex his octo ornamē-
tis ſacerdotes minores habebant tū quatuor. ſ. tunicam li
neā, balthei, femoralia. i. ſerabulas: & thyaram. Hoꝝ aūt
ornamentoꝝ rationē literalem quidā aſſignāt dicentes: q̄
in his deſignatur diſpoſitio orbis terrarum quaſi pōtifex
proteſtaret ſe eſſe miniſtrū creatoris mundi. Vnde & Sap.
xviii. dicitur: q̄ in veſte Aaron erat deſcriptus orbis terra-
rum. Nam ſeminalia linea figurabāt terram ex qua linū
naſcitur. Balthei circumuolutio ſignificat mare oceanum
quod circūit terrā. Tunica hyacinthina ſuo colore ſignat
aerem: per cuius tintinnabula tonitrua & per malagrana-
ta coruſcationes. Superhumerale ſua varietate cœlum ſy-
dereum. Duo Onychini duo hæmiſpheria vel duo lumi-
naria magna ſolem & lunam. Duodecim lapides in ratio-
nali: duodecim ſigna in zodiaco: quia in cœleſtibus ſunt
rōnes æternoꝝ. Cydaris vel thyara cœlū empyreū. Lami
na aurea: deū oīb⁹ præſidēre. Ratio autē figuralis hoꝝ est:
Rō figu- quia iſta deſignant ornamenta virtutum: quib⁹ debēt mi
ralis. niſtri eſſe induti. i. habituati: quæ oīa cōtinentur in iuſti-
tia. Et ideo bene dicit. Sacerdotes tui induātur iuſtitia. Vt
eñ dicit Gratia. diſt. xl. ¶. i. Multis virtutibus debet ſplēde
re vita pontificis: vt gradui conferat decorē quē ab eo nō
accepit: non eñ loca: ſed vita & mores ſanctum faciunt ſa-
cerdotem. Vnde ex officio ſuſcepto non licētiā peccandi:
ſed neceſſitatem bene viuendi ſe nouerit aſſecutum. Et in
minoribus ſacerdotib⁹ debēt eſſe quatuor. Caſtitas ſigna-
Quatu- ta per ſeminalia. Abſtinentia ſignata p cingulum. Linea
or de- tunica. i. moderatio diſcretiōis. Et thyara recte intentionis
bēt eſſe in capite. i. in mente. Sed pontifices debent præ aliis habe-
i mino- re prędicta & alia quatuor. ſ. iugem dei memoriā in cōtē-
ribus ſa platione: & hoc ſignatur in lamina. Supportationē popu
cerdoti li p patiētiā: & hoc in ſuperhumerali. Tertio q̄ habeat po
bus. pulū in corde & viſceribus charitaris: quod ſignať per ra-
tionale. Gratia. aūt addit: q̄ in corde eius deber eſſe mani-
feſta veritas. ſ. ſcripturarū: per id quod ibi ſcriptum erat.
diſt. xxxvi. ¶. ȝ. Debervltimo habere cœleſtem cōuerſatio
nem: quod ſignatur p tunicam hyacinthinam. Tintinna-
bula aurea quæ erant adiuncta in fineveſtis ſignant exer-
citium prædicatiōis de ſapientia ſcripturę. Et malagrana
ta intexta ſignant vnitatem fidei & moꝝ: vel q̄ in prędica
tione debet cauere ſcādala, diuiſiones, & quærere vnitatē.
Quantū ad tertiū, p conſecratione eoꝝ fiebant quædam.
Et primo purificabanť oēs per ablutionē aquæ & quædā
ſacrificia facta, p eis ſpecialiter leuitę. Secūdo radebāt oēs
pilos carnis ſuę: vt habetur Num. viii. Tertio conſecratio
pontificis & ſacerdotum hoc ordine fiebat. Poſt ablutio
nē prędictā induebātur veſtimētis prenoiatis ad deſignā
dū dignitatē ſuā. Special'r aūt pōtifex inūgebať in capite

Iudicia
lia a cę-
rimōia
lib⁹ tri
bus dif
ferunt.

¶ De præceptis iudicialibus ipſius legis. Cap. vi.

TERTIA PARS LEGIS MO
ſaicę est de præceptis iudicialib⁹ quę habentur
Exo. xxi. &. xxii. de qb⁹ pōt intelligi illud Pō.
xviii. Iudicia dñi vera iuſtificata in ſemetipſa:
deſiderabilia ſup aurū & lapidē præcioſum multū. & hoc
,ppter maximā equitatē & humanitatē quā ptinēt. Iudicia
i. præcepta iudiciaria. dñi: qa a dño inſtituta, vera: qa non
poſſunt cōtinere errorē ſicut iudicia hoim in ſuis ſtatutis.
Iuſtificata in ſemetipſa: qa habēt cauſas & rōnes valde iu-
ſtas: quare ſic inſtituta ſunt. Et no. vt dicit Tho. ī. ȝ. q. cviȝ.
Sicut ante legē Moſaicā fuerunt habita & ſeruata quędam
cærimonialia ad cultum dei a ſanctis hoibus: vt patet de
ſacrificijs factis per Noe, Abraam, & alios, & altaribus ere
ctis: ita etiā fuerūt habita quędam iudicialia inter eos: ſed
non erant illa iudicialia ex inſtitutione diuina: ſed huma-
na, vt ſunt modo ſtatuta ciuitatum: Sic etiam illa cærimo
nialia nō fuerūt p inſtitutionē dei: ſed per deuotionem co
lentium deū ad hoc inſtigaroꝝ ex inſtinctu diuino. Diffe-
runt aūt iudicialia a cærimonialib⁹ in tribus: in determi-
natione, in figuratione: & in obſeruatiōe. Ex primo. ſ. de-
terminatiōe ſunt in ſe iuſtificata: qa a deo ordinata. Ex ſe-
cūdo. ſ. obſeruatione: vt qa ab hoib⁹ aſſumūtur: ſunt deſi-
derabilia ſup aurū: qa valde vtilia reipublicę. Ex tertio. ſ.
figuratiōe ſunt dulciora ſup mel & fauū: quātū ad expoſi
tionē myſticā & moralē. Primo differūt: qa cærimonialia
ordināt hoiem ad debitū cultū dei. Iudicialia aūt ordināt
ad debitū cōuictū cū ꝓximo. Sed ,p huius maiori declara
tione dicit beatus Tho. ī. ȝ. q. ciiȝ. ar. i. q̄ præceptoꝝ cuiuſli
bet legis quędā habēt vim obligādi ex ipſo dictamine rō
nis: quia. ſ. ipſa rō naturalis dictat hoc eſſe debitū fieri vel
vitari: & hmōi dicūtur præcepta moralia: eo q̄ a rōne du-
cunť mores humani. Alia vero p̄cepta ſunt quæ nō habēt
vim obligādi ex dictamine rōnis: qa in ſe cōſiderata non
hñt abſolutā rōnē debiti vel indebiti: ſed habēt vim obli
gādi ex ipſa inſtitutione diuina vel humana: & hmōi p̄ce
pta ſunt determinatiōes moraliū p̄ceptoꝝ. Et ſi determi-
nāt moralia ex iſtitutiōe diuina i his p quæ hō ordinať ad
deū, talia dicūtur cærimonialia. Si aūt determināt mora-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sia in his quæ pertinent ad ordinationē hoim adinuicē:ta lia dicūtur iudicialia.Et in his duobus cōsistit ro iudicialium præceptoꝝ:vt.s. nō habeāt vim obligādi ex ipsa naturali rōne:sed ex institutione:& p hoc differunt a moralibus.Secūdo vt pertineant ad ordinationē hoim adinuicē: & sic differūt a cærimonialib⁹ præceptis.Per hoc aūt differūt iudicialia ista a legibus & statutis ciuitatū;qa illa sunt ex institutione dei:hęc aūt ex institutione hoim & dicūtur iudicialia nō solum quæ ptinēt ad lites iudicioꝝ:sed etiā quæcūq; ptinēt ad ordinationē hoim adinuicē quę subesse ordinationi principis alicuius seu officialis,Secūdo differunt iudicialia a cærimonialib⁹ in figuratione:qa.s.cærimonialia figurabāt primo & per se:iudicialia aūt secūdario & ex cōsequēti.Pro cuius declaratione dicit btūs Tho. Præceptum figurale dicit duplr, i.ñ.q.ciij.art.ij.q.duplr dicitur aliquod præceptum figurale,Vno modo primo & per se:quia.s.principaliter est institutū ad aliquid figurandū,& hoc modo cærimonialia sunt figuralia. Ad hoc etiam sunt instituta vt figurarēt aliquid ptinēs ad cultū dei &ad mysteria christi:Alio modo dicit præceptū aliqd figurale nō primo & p se: sed ex consequēti:& hoc mō iudicialia sunt figuralia:nō em fuerūt principaliter ista ad aliquid figurādū:sed ad ordinādum statū illius populi fm iustitiā & æquitatē.Sed ex cōsequēti aliquid figurabant:inquātū status illius populi q p hmōi præcepta disponebaf:figuralis erat:fm illud.i. ad Cor.x.Oia in figurā cōtingebāt illis.Quia em ille populus erat electus a deo:vt ex eo christus nasceref:iō oportuit statum illius populi esse propheticū & figuralē:vt ait Augu.Et ideo iudicialia illi populo tradita fuerūt magis figuralia q̄ iudicia aliorꝝ populorꝝ.Sicut ēt & bella & gesta illius populi exponuntur mysticæ:nō aūt bella vel gesta Assyriorꝝ vel Romanorꝝ quę fuerūt magis famosa fm hoies, vñ & Greg.dicit.xxiij.q.j.c.ij.Nisi bella illius populi significarent bella spiritualia dæmonū ꝛ nos: nequaq; ecclesia libros illos q narrāt illa bella:vt Regū,Iosuæ,& aliorꝝ,pponeret legenda.Et sic iudicialia præcepta a doctoribus sup Exo:in glos.exponerentur allegoricæ &moraliter. Tertio differūt iudicialia a cærimonialibus in obseruatiōe.Nā q̄uis vtraq; in nouo testamēto sint mortua: quia euacuata ab obligatione p aduētū christi:tū cærimonialia nō solū sunt mortua:sed etiā mortifera post diuulgationē euāgelij.Et rō est:qa vt dictū est:illa cærimonialia sunt figuralia principaliter instituta ad figurādū christi mysteria vt futura:vnde ipsa mō seruare esset ,prestari cōtra veritatē fidei ac si nōdū essent impleta.Sed iudicialia ita sunt mortua q̄ nō mortifera.Nā siquis princeps vl' ecclesia vellet aliquid ex illis iudicialibus assūmere ,p suo statuto seruādo in ciuitate tāq; iustū & vtile:non peccaret quia illud seruaret:nisi hoc faceret ipse vel ab alqs mandari seruaret:quia in lege Mosaica contētū & inde obligatoriū:tūc em intētio esset mortifera.Ideo aūt iudicialia nunc sunt mortua & nō obligāt:qa cū instituta essent ad disponendū statū illius populi q ordinabatur ad christū:mutato isto statu populi:christo aduenīēte ipsa iudicialia non obligāt.Fuit em lex pedagogus ducēs ad christū fm apl'm Gal',iij,sed qa hmōi præcepta(vt dictū est)nō ordinabantur principalr ad figurandum christi mysteria:sed ad aliquid faciēdū fm iustitiam:ideo ipsoꝝ obseruatio non ita præiudicat fidei veritati absolute.Sed nunc si intētio obseruādi esset:vt qa in lege Mosaica mandatū:hoc em præiudicaret veritati fidei:quia per hoc haberef q̄ status prioris populi adhuc duraret:& christus nondū venisset.Vnde apls ad Heb.vij.ait.Translato sacerdotio necesse est q̄ legis trāslatio fiat.s.quo ad totam.Vbi dicit Augu.Quia enim simul & ab eodem & sub eadem spōsione vtraq; data sunt:quod de vno dicitur:necesse est vt de altero intelligatur.extra de consti.translato.

§.I. FIT AVTEM QVADRVPLEX

Inuenif distinctio hoꝝ p̄ceptoꝝ iudicialiū fm distinctionē ordinationis humanæ:vt ponit btūs Tho.i.ñ.q.ciij,ar.iij.Quadruplex em ordo in pplo potest inueniri.Primus ordo est principū populi ad subditos:& fm hoc dant q̄dā p̄cepta iudicialia de institutiōe principū & officioꝝ eoꝝ & reuerētia eis exhibēda:& hęc est vna pars eoꝝ.Secundus ordo est subditoꝝ adinuicem:& fm hoc dantur quædā alia præcepta ptinētia ad cōcives adinuicē:puta circa emptiones; venditiones iudicia & pœnas & hmōi:& hæc est secunda pars iudicialiū.Tertius ordo est eorū qui sunt de populo quo ad extraneos:& fm hoc dantur quędam alia præcepta pertinentia ad extraneos:puta de bellis cōtra hoites:& de susceptione peregrinoꝝ & aduenarū:& hæc est tertia pars. Quartus est ad domesticos:vt vxoris ad virū,,patris ad filiū,dñi ad seruū.& fm hoc dantur alia præcepta pertinentia ad domesticam conuersationē,sicut de filijs,vxoribus & seruis:& hęc est quarta pars.Et de singulis ponetur in sequenti,§,sed breuiter.Et notandum q̄ aliqua ex his iudicialib⁹ præceptis ecclesia sumpsit pro suis cōstitutionibus in diuersis titulis decretaliū:& præcipue in.v.libro vnde obligāt vt statuta ecclesię:nō vt in lege Mosaica mādata. Et primo extra de adul,c.i,dicitur,Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam dormieritq; cum ea:dotabit eā & habebit in vxorē.Si vero pater virginis dare noluerit pecuniam reddet.i.dabit pecuniam iuxta morem vel modum dotis quam virgines recipere cōsueuerunt. Glos.ibi dotabit,i.donationē propter nuptias assignabit ei:vl' potius pecuniam dabit mulieri quam pro dote sibi reseruabit:quod fieri pōt.ff.de dona.inter vi.& vxo.siquis vxori.Etiā si cū ea nō cōtraha:nihilominus habebit illā pecuniā.Glos.sup illud,habebit eam in vxorē.f.si pater ei dare voluerit & ipsa cōsenserit:vel si ipse eā accipere voluerit: alś punief:prout continetur,c.seq.f.peruenit. Glos.super illud iuxta modū qui estimabit iuxta facultates ipsi⁹ & dignitatē puellæ.Et illo.c.puenit.dicit glo.talis nō cogitur illā accipere i vxorē si noluerit,Sed qa illā decepit alś punietur,Et fm leges si per vim hoc egerit punietur morte. Cēsura legis & canonū
institu,de publi,iudi,§.finaūt.Si decepit puellā,relegatur vel si est vilis pśona verberat:fm q̄ iudici visū fuerit.institu,eo.§,ij,Sed fm canones si nō acceperit excōicatur quousq; visum fuerit superiori:& in monasteriū ad agēdū pœnitentiā ad tēpus retrudit:vt dr in.d.c.peruenit.ltē in titu. de fur.c.i.dr.Qui furat⁹ fuerit hoiem & vēdiderit eū cōiuxoꝝ nox̄ morte moriat.Etiā glos.sup illud hoiem.f.libertū.nā qui furatur seruū hac pœna non tenetur.ff.ad.l.fal. de pla.l.vlt,Et fm canones hæc pœna non imponitur eē de rap,in archiepatu,vbi dicit q̄ pro certis excessibus epi possunt certam pœnā pecuniariam imponere & flagella afficere:ea moderatione habita q̄ flagella in vindictam sanguinis transire non videantur. Sed vbi est ita grauis excessus q̄ mortem & membrorum detruncationē meretur reus sustinere reseruent illa potestatibus ſecularibus. Et si eps habet iurisdictionem temporalem:causas sanguinis demandet ei cui huiusmodi cōpetat:vt ibi dicit glos. Item in ti. de iniu.& dā.da.c.i.dr.Si rixati fuerit hoies: & percusserit alter ptoximum suum lapide vel pugno:& ille mortuus non fuerit:si iacuerit in lecto:q̄ pcusserit operas eius & impēsas in medicos restituat. Exo.f.xxi. Glos. ibi operas amissas & impēsas in curatione prestabit.Item si qs aperuerit cisternā &foderit & nō operuerit eā:cecideritq; bos vel asinus in eā:dns cisternę reddet præciū iumētoꝝ.Qd' autē mortuū fuerit ipsi⁹ erit.ee eo.ti. Glos.ibi,si hoc fecerit in publico: nā si in occulto vbi cōsueuerūt sieri nō teneť.Ratio primi est:qa occasionē dāni dedit. Item si bos cornupeta esset ab heri & nudiustertius:& nō custodiuit eū dns suus:reddet bouē p boue: & cadauer integrū recipiet.Exo.xxj.& e.ti.Glos.sup illd',nō custodierit supsi bouē alteri⁹ occiderit tenebit:qa nō adhibuit diligētiā quā debuit.Itē si lęserit quispiā agrū vel vineā:& dimiserit iumētū suū vt depascat aliena:p dāno ætimationem restituet.Glos.super illud estimationē vltra æstimationē enim non tenetur:expellere debet animal quod damnum dedit tāq; suum non includere:cum dominus eius teneat ad dānum.Item si egressus ignis cōprædendat aceruos frugum:siue stantes segetes in agris:reddet dānū qui ignem succenderit.Exo.xxij.eo.ti.Glos.sup reddet.Si fuerit in cupa cum ignem apposuit nec adhibuit diligentiam quam debuit.ff.ad.l.aqui.qui occidit.al's si nihil de contingentibus omisit non tenetur.f.eo.ti.c.vlti. Item in ti.de homi. c.i.Si quis per industriam occiderit proximum suum:& p insidias:ab altari meo euellas eum vt moriatur.Exo.xxi. Glos.super illud per industriam,secus si casu.ar.xv.q.i.si quis non iratus.Insidias.Iste talis insidians si occidit non habet immunitatem ab ecclesia.f.vt nō possit extrahi:qd' forte intelligitur quando hoc agit in ecclesia.

Ibidē.

Exod. xxij.

§.ñ.Derōne

§. II. DE RATIONE PRAECE

Circa bonam ordinationē ciuitatis fūt duo consideranda.

ptorū iudicialiū legis Mosaicę quę pertinēt ad principes.
